FLORA LITVANICA
INCHOATA,
SEU
ENUMERATIO PLANTARUM
QUAS
Circa Grodnam collegit & determinavit

JOANNES, EMMANUEL, GILIBERT.

FACUL: MONSPEL: MED: DOCT:

COLL: REG: MED: LUGDUNEI PROFESSOR AGGREGATUS, REGIS POLONIÆ CONSILIARIUS, NEC NON MEDICUS ORDINARIUS. M. D. LIT: PHYSICUS.

COLECTIO PRIMA.
MONOPETALÆ NON FIGURATÆ.

BIBL. CARS. SOC. MED. VILN.



Bibliot: Professoris Wolfgang

GRODNÆ TYPIS S. R. M. 1781.

IMMORTALI NOMINI
STANISLAI AUGUSTI
REGIS POLONIÆ
MAGNI DUCIS LITVANIÆ,
SCIENTIARUM FAUTORIS PERSPICACISSIMI
PRIMITIAS
FLORÆ LITVANICÆ
VOVET, DEDICAT, CONSECRAT.

Humillimus Servus
JOANNES EMMANUEL GILIBERT.

RATIO OPERIS.

MAGNI DUCATUS LITVANIÆ, *Floram inchoatam Botanophyllis offero. Nullus adhuc plantas hujus Regionis juxta Leges Artis determinavit. Vicini noſtri, ſcilicet Boruſsi, pleraſque noſtras, etiam raras propoſuerunt, aut deſcripſerunt: Huc veniunt LOESELIUS, BREINIUS, HELVINGIUS, MENTZELIUS, VULFFIUS; Sed ex his, nullus in Litvaniam penetravit. Pari jure laudare non poſsumus BERNISTIUM, & ERNDTELIUM, qui primi Cathalogos plantarum Polonicarum propoſuerunt: Hi enim*

Auctores remotas tantum plantas denominarun, raro ſtationes apponendo, plurimas ſuſpectas proponendo, in hisque vix unam, aut alteram obſervationem invenio, quæ Autopſiam repetitam demonſtret. Quin imo ERNDTELIUS *evidenter transcribendo de verbo ad verbum Floras Germanicas vix meretur fidem. His igitur miſſis, solum invenio Gabrielem* RZĄCZYNSKI, *qui aliquas plantas Magni Ducatus deſignavit; Sed Auctor iſte, nullam propriam obſervationem proponit, citat tantum nomina Loeſelii, et paſſim ſi raras plantas allegat, Fide Pharmacopeorum, & Muliercularum illas indigenas pronuntiat; Sed quod pejus; loquitur de plantis, certe non ſperandis in Litvania: Unde videre eſt, ſuppoſita hiſtoria naturali Poloniæ* RZĄCZYNSKIANA; *nondum in cunabulis floram noſtram Litvanicam vivere: Hoc igitur Auctore omiſſo tanquam inutili pro noſtro ſcopo, unum tantum invenire forte poterunt curioſi, qui cum vere fuerit*

Botanicus terram noſtram Litvanicam calcaverit; Scilicet Equitem Corvinum, qui non nullas noſtras plantas Patri Barrelio tranſmiſit. Invenio enim inter rariores hujus Auctoris, Calam paluſtrem, sub nomine polonico GREBIGNE, impatientem noli me tangere, Galeopſidem unum, et nonnullas alias a Corvino Polonicas appellatas. Aſt quo tempore, Eques Corvinus has plantas collegerit, an in Litvania? an in Polonia? nondum extricare potui: Botanophyllus enim iſte ſuo tempore bene notus, vix hodie celebratur.

Nonnullos Auctores, qui Polonice ſcripſerunt, laudare non poſſum tanquam patres Botanices Litvanicæ, quia quos noſco meri ſunt traductores Fuchsii, aut Mathioli, nullam localem indagationem demonſtrantes. His igitur breviter propoſitis, ad noſtrum opus progredior.

Bona, & ſincera fide, ſpecies plantarum propono, quas inveni, & ni fallor? primus determinavi in Litvania. A quinquennio nul-

lum prætermiſi occaſionem plantas inveſtigandi. Cum diſcipulis tanta ſedulitate circa Grodnam ad diſtantiam quinque milliarium varias plagas peragravimus, ut vix maneat angulus terræ, nondum perluſtratus. Raras vix in Lituania ſperandas, certe invenimus species: Nonnullasque ni fallor? novas. Qui in poſterum genera noſtra enucleabit, inveniet certe candorem, & rigorosum examen in noſtris inquiſitionibus: Omnia enim ſpecimina quæ characteres ſpecierum, et varietatum exhibebant viventia, & florentia attente deſcripſimus, & tali methodo præparavimus, ut quaſi viva diu in herbariis inpoſterum poterunt verificari. Γ His peractis enixe petierunt Alumni, ut citius pro futuris incurſionibus Botanicis, Characteres plantarum breviter deſcriptos obtinerent, ſcilicet earum, quas collegimus, & determinavimus in Magno Ducatu Litvaniæ. Tam honeſtæ petitioni obſequioſus, breves ex adverſariis deſcriptiones excerpſi. Plantas Litvanicas, ſponte naſcentes certe collectas, eadem enucle-

avi methodo, qua variis demonſtrationibus ſenſim alumni retinuerunt.

Quatuor ſeries ſat rigoroſe circumſcriptas exhibet flora Litvanica. In prima ſerie, delineantur plantæ floribus monopetalis caliculatis. In ſecunda, plantæ floribus polypetalis. In tertia, plantæ floribus apetalis, aut corollatis acaliculatis. Quarta tandem continet plantas floribus occultis, aut obſcuris. In prima ſerie invenimus nonnullas collectiones accurate determinatas. Prima, dat plantas floribus ſimplicibus monopetalis calyce vero præditis non vero limbo evidenter figuratis. Secunda, plantas ſuppeditat floribus monopetalis ſimplicibus caliculatis evidenter figuratis, ſeu labiatas & ringentes Tourneſortii. Tertia collectio, & ultima hujus ſeriei comprehendit plantas floribus monopetalis compoſitis, ſeu in quibus plurimi floſculi colliguntur in Calyce communi.

In quaque collectione invenimus nonnullos faſciculos ſeu plurimas ſpecies communia attributa offerentes. v. g. *in prima ſunt arbores, & herbæ: in quoque faſciculo manipuli erunt deſignati attributis evidentibus. In quantum potuimus, in quaque collectione ſpecies approximavimus, quas natura evidenter conjunxit.*

Principijs Linnæanis ſuperſtitiosè addicti plurima carpent in noſtro opere. Non ubique enim plenam fidem immortalis Dictatoris legibus adhibuimus, ſed noluimus his ſubſcribere, quotiescunque rigoroſis logicæ legibus, contrariæ nobis apparuerunt. Linnæus alias mihi ſicut omnibus naturæ philiatris undique charus, quem nunquam fas eſt abſque teſtimonio profundæ venerationis nominare: Vir certe profundi ingenij, ſed nimium ſiſtematici, leges paſsim arbitrarias, et naturæ contrarias, promulgavit, methodum certe ſuam, ſed difficilem in praxi, anomalis plurimis obnoxiam fre-

quenterque affinitates naturales frangentem propoſuit: Genera plurima verè naturalia reſtituit, ſed non pauca etiam olim talia laceravit: dicamque libenter, quod minus Philoſophicis, quam ſophiſticis rationibus nomina Tournefortii, et aliorum mutaverit; ſemper enim pro certo, et ſtatuto habuimus: Nomina tantum eſſe bona, præſertim in ſcientiis, innumera ſubjecta inquiſitionis continentibus, quæ aliquam ideam relativam revocant in mentem. Vera enim ſcientia ideas congeneres nominibus relativis conſignat. His rationibus ſuffultus libenter nomina generica antiquorum comparativa ubique ſervaviſſem, ſed nolui odia Botanicorum hac innovatione incurrere: alia enim carpenda plurima reliqui. Floram vix laudabunt, recentiorum ſcientificis phraſibus non decoratam, nec ſynonimorum copia in quaque pagina, oneratam: Sed quoad iſta duo puncta, vivens liber in Republica, quid ſentio, audacter proferam. Characteres eſſentiales, tum generici, tum

ſpecifici, mihi videntur mere hypothetici, & relativi ad numerum ſpecierum, quas Auctor Pinacis cognovit. Sub hoc ſenſu certe Linnæani characteres ingenioſe ſunt excogitati, ſed in praxi, quot exhibent obſtacula? Primo, ſæpe Characterem eſſentialem generis a fructu, et ſpecificum a flore deſumit, nonne in hoc caſu impoſſibilis evadit Diagnoſis? Secundo minutiis addictus invenit characteres eſſentiales in objectis, quæ vix, armato oculo, patent. Tertio, decem nova inveniantur genera in uno ordine Linæano diſponenda: Spurii evadunt characteres eſſentiales antiquorum generum. Introducantur novæ ſpecies in aliquo genere; Mutanda erunt neceſſario differentiæ ſpecifice: ſed qui harum aſſertionum veritatem vult ponderare, colligat, ſicut feci, varias editiones operum Linnæi; videbit quam ſæpius, copia novorum generum, & ſpecierum coactus; Characteres ſuos mutaverit. Præter has difficultates plurimi Linnæo opponunt graviora momenta. Primo

non poſſunt tolerare ſuppreſſionem abſolutam pro ſtabiliendis characteribus ſpecificis nonnullorum attributorum, quæ faciles, & egregias differentias ſuppeditant: Huc veniunt ſapor, odor, color magnitudo abſoluta, &c. *Statuunt è contra omnia attributa, quæ conſtanter adhærent alicui ſpeciei, tuto poſſe adhiberi: nullo modo moventur objectione centies allegata circa inconſtantiam horum attributorum in nonnullis ſpeciebus: Pari enim jure, Mechanica Linnæi partium attributa, scilicet ſitum, numerum, figuram repudiare deberent; utpote etiam mutabilia. His fretus rationibus invitus dereliqui principia Linnæana: ubicunque inveni attributa ſenſibilia, & conſtantia, ea in brevibus deſcriptionibus conſignavi.*

Nomina generum Linnæana quotiescunque ſonora facillime retinentur, conſervavi: Quando talia, aut faciliora apud Holle-

rum, aut Tourneſortium vidi: Ea abſque ſcrupulo retinui. Mea, nomina trivialia Linnæana feci, quæ attributum plantæ adhærens, & ſenſibile ſignificabant. Arbitria plurima nihil ſignificantia deſumpta a ſtatione, viribus, &c. repudiavi: Sed ubique deſcriptionibus noſtris, nomina Linnæi, tum generica, tum trivialia ſubieci, eaque ſola agnoſco tanquam legitima pro citatione plantarum in Pinace univerſali: aliter enim confuſio babilonica de novo naſceretur in arte. Qui autem indigenas tantum plantas alicuius regionis enumerant, nonne poſſunt trivialia ſibi eligere nomina, quæ ſpeciem recenſendam a congeneribus ſuis verius deſignant: Sed talia nomina ſint relativa Regioni, non abſoluta, nec in Pinace generali introducenda; valeant ſicut monetæ cupreæ, quæ precium tantum in patria obtinere poſſunt. Igitur in noſtra enumeratione adjectivum nomini generico adhibui, quod attributum characteriſticum

cujusque ſpeciei deſignat. Raro pro triviali appellatione, verba duo appoſui, plerumque ſupponitur ſubſtantivum in deſcriptione deſignatum: v. g. *paniculata ſignificat plantam floribus paniculatis, Lonicera nigra idem ſonat, ac Lonicera fructu nigro.*

Quo ad deſcriptiones, breves plerumque propono tali modo exaratas, ut ſint quaſi delineationes plantæ. Tot accumulavi attributa quot ſunt neceſſaria, ut ſpecies ſolitaria inter omnes Litvanicas dignoſcatur. Sic tractavi plantas in tota Europa vulgares, rariores, & novas, aut dubias plenius deſcripſi. Paſſim obſervationes poſt deſcriptiones adhibui. Varietates ſedulo notavi, omittat illas ſi lubet, qui ſcribit Pinacem omnium plantarum cognitarum, ne obruatur numero obiectorum: ſed qui proponit tantum plantas determinatæ Regionis ſanctè varietates conſervet: Præter enim nonnullas utilitates œconomicas, quas exhi-

bent, precioſæ evadunt omnes pro Philoſophis: His enim vident, quomodo natura inſenſibiliter catenam omnium entium ſublunarium, nullo relicto intervallo, contexuit.

Ubique ſtationem, tempus florendi, durationem cujusque ſpeciei appoſui: Quia his datis, ſæpe facilior evadit diagnoſis plantarum. Præter Linnæanum omnia Synonima neglexi, quia centies repetita, iterum tranſcribere neceſſarium non credidi: Non video enim utilitatem hujus operis. Nomina igitur Bauhini, Tournefortij, & aliorum in Linnæi, & Halleri operibus quærantur. Si tamen ſuppreſſio Synonimorum diſplicet; ad calcem perducto opere, ſeparatim noſtras plantas juxta Methodum Linnæi, aut alterius exhibendo, facillime addere poterimus, antiquorum, & recentiorum ſynonima, auctorum qui figuras, deſcriptiones, aut characteres tradiderunt.

Poſt deſcriptiones nullas indicavi figuras, quia portatile opus deſiderant Botanophylli. Libri, qui continent figuras, nimium ponderoſi, vix in herboriſationibus transferuntur. Nullus præterea auctor omnium plantarum Litvanicarum figuras accuratas continet. Qui vellet colligere omnes libros, qui noſtras aliquas, aut plurimas bene delineatas exhibeant, mille, & ultra nummos aureos ſpargere deberet: Nullus certe ex Botanophyllis noſtris has impenſas tolerare poteſt, quis igitur non anxie expectabit effectus curarum Regis Floræ noſtræ Promotoris, qui ſerio nobis injunxit, ut in poſterum delineationes adderemus omnium plantarum Litvaniæ. Jam aliquot paratas centurias habemus, forma in quarto exaratas, quas finito hoc compendio, per fasciculum publicabimus: Cum completis cujusque ſpeciei deſcriptionibus, a caſu ſeminis ad novam fructeſcentiam, quibus addidimus uſus œconomicos, & pharma-

ceuticos, numeroſis, propriisque experimentis, confirmatos. Sub quaque ſpecie invenient curioſi plenam citationem omnium Synonimorum, præſertim Auctorum, qui figuras, deſcriptiones, aut methodos propoſuerunt, cum judicijs ex typo naturæ erutis. Nunc autem vade mecum tantum Botanicum pro Litvania curioſis proponimus. In quaque ſerie raras invenient ſpecies, liceat hic nonnullas revocare. In prima, præter nonnulla Galia, quæ non ſunt indicata in vicinis floris ſicut Valantiam glabram; Campanula pyramidalis, vere ſpontanea, ſub clymate noſtro confirmatur. Singularis varietas Campanulæ Thyrſoideæ in Sylvis noſtris invenitur; Præter Campanulam liliifoliam, & alias, quas ad Linnæanas certe reducere non potuimus. Veronicas nonnullas in ſecunda Collectione Alpinas, & Sibericas vix ſperandas propono, præter maritimam, galeopſidem &c. In eadem Dracocephallum Moldavicum vere circa Grodnam ſpontaneum, pedicula-

ris

ris ſceptrum Carolinum inter rariſſimas numerantur. In tertia collectione nonnullæ ſcabioſæ, duæ Carlinæ, Cardui tres, Hieracia plurima curioſorum attentionem merentur. In alijs ſeriebus quæque collectio raras, & paſſim rariſſimas nobis dabit plantas. In his invenient Rhamnum alpinum, Evonymum verrucoſum, Potentillam albam, Saxifragam hirculum, Gentianam amarellam, Pyrolam minorem, unifloram, umbellatam; Eryngium planum, amethiſtinum; Laſerpitium prutenicum, Chærophillum aromaticum, Cipripedium calceotum, Orchidem cuculatam, Ophrydem Loeſelij, Monorchidem, coraloriſantem, &c. &c. &c.

Quoad numerum plantarum, floram divitem non promitto. Notum eſt enim, quo terræ remotiores ſunt ab æquatore, eo pauciores inveniri ſpecies, etiamſi ubique obſervetur æqualis numerus individuorum. Regnat flora noſtra ſub gradu quinquageſimo tertio latitudinis: Igitur beatæ Galliæ

ornamenta offerre non poteſt: Attamen ſua habet propria, non contemnenda. Præterea terram tantum calcavimus mediterraneam: Paucas tantum habuimus maritimas a ſagaci Botanico collectas. Nulli veri montes inveniuntur circa Grodnam, igitur paucæ tantum alpinæ ſperandæ, quæ potius temperiem frigidam amant, quam altitudinem ſoli. Quin imo etiamſi avidus, & ſat alacris in inquiſitionibus; Receſſus omnes attentè perluſtrare non potui, præſertim in magnis Sylvis noſtris, in quibus a receſſu maris, vix unus homo potuit penetrare. Fere quolibet anno graviſſimis morbis obnoxius, integros menſes amiſi. Praxi in Noſocomio Regio per quinquennium addictus, nec potui, nec debui integrum laboris tempus amaſiæ meæ floræ donare. Directio Scholæ Regiæ Medicæ, officia Proffeſſoratus quaque die aliquas horas ſibi arripuerunt. Horti Regij Botanici diſpoſitio, obſervatio plantarum exoticarum, ultra duo millia ſpecierum in-

troductarum, dies plurimos ſyræneis blanditijs mihi ſumpſerunt. Furta quædam etiam floræ feci in gratiam Mineralogiæ, & Zoologiæ Litvaniæ. Has temporis jacturas aliquo modo compenſavi auxilio Alumnorum, qui variis temporibus, & quaque die vacationum in Æconomijs Regijs miſſi, egregias plantas detexerunt, quas certe omiſiſſem. Juvenes robuſti, & alacres, æſtum, nociva paludum effluvia, diuturnasque excurſiones tolerare potuerunt, quæ vires meas ſuperabant, præſertim temporibus convaleſcentiæ.

Præter ſolum Grodnenſe varia itinera ſuſcepi, perluſtravi omnes Sylvas, & campos Grodnâ tranſeundo per Krynki, & Brześć, alia occaſione Grodnâ Varſaviam, tranſeundo per Białyſtok: Sed verſus orientem, & Septentrionem non ultra decem milliaria progreſſi fuimus. Circa Varſaviam per tres menſes herbationes peregi, easdem præter paucas ſuo loco recenſendas ſpecies inveni, quam circa Grodnam. Igitur regnat

Centr. Biblioteka Mokslu Akademija
88888

certe flora noſtra ijsdem fere legibus Grodná usque Varſaviam. Quoad reliquas Provincias Poloniæ, tantum verificavi Autumnales Krakovia Varſaviam, quæ pleræque ſunt noſtræ Grodnenſes: eædemque forte ſperandæ æſtivales, & vernales.*

Separatim quamlibet collectionem, centuriam unam aut alteram plantarum continentem ſub prelo comiſimus, ut in poſterum, facilius inveniendas ſpecies diſponere ſub forma appendicis poſſemus. Mirabuntur forte nonnulli, quod in quaque collectione deficiant quædam ſpecies in tota Europa obſervatæ: Sed nondum in Litvania invenire potuimus. Hac ratione Ebulum in hac prima collectione non deſcripſimus; nullas enim allegavimus niſi certo collectas in Litvania. Quando aliquas ſpecies Varſavienſes a nobis verificatas deſcribemus, ſemper expreſse ſtationem circa Varſaviam indicabimus.

CO-

CHLORIS GRODNENSIS
SEU
CONSPECTUS
PLANTARUM
AGRI GRODNENSIS
ORDINE LINNEANO.

CLASSIS I.
MONANDRIA.

Monogynia.

HIPPURIS

vulgaris

Digynia

CALLITRICHE

verna *a* 247

b - - *b* 248

auctumnalis 249

CLASSIS II.
DIANDRIA.

Monogynia

LIGUSTRUM

vulgare 2

CIRCAEA

lutetiana 250

alpina

VERONICA

maritima 95

ſpicata 96

longifolia 903

officinalis 89

ſerpyllifolia 90

Beccabunga 85

Anagallis aquatica 84

ſcutellata 86

Teucrium 87

Chamædrys 88

agreſtis 91

arvenſis 94

hederæfolia 92

verna 905

triphyllos 93

GRATIOLA

officinalis
UTRICULARIA
vulgaris 902
VERBENA
officinalis 133
LYCOPUS
europæus 82
Digynia.
ANTHOXanthum
odoratum 597
CLASSIS III.
TRIANDRIA
Monogynia
VALERIANA
dioica 98
officinalis 97
Locuſta olitoria 99
GLADIOLUS
communis 100
IRIS
Pſeudo-Acorus 3
Sibirica 4. 5
SCHOENUS
Mariſcus 654
albus 1008
SCIRPUS
paluſtris 653
capitatus 1006
acicularis 650
lacuſtris 652
ſetaceus 1005
maritimus 1007
ſylvaticus 656
ERIOPHORUM
vaginatum
polyſtachion 655
NARDUS
ſtricta 598
Duginia.
PHALARIS
arundinacea 608
PANICUM
verticillatum 605
glaucum 972
crus galli *a* 606
PHLEUM
arenarium
pratenſe 601

nodoſum 602
ALOPECURUS
pratenſis 604
geniculatus 603
MILIUM
effuſum 609
AGROSTIS
calamagroſtis
ſpica venti 610
arundinacea 975
canina 976
ſtolonifera 611
alba 612
AIRA
montana
cærulea 979
aquatica 617. 980
ceſpitoſa 615
flexuoſa 981
caneſcens 982
caryophyllea 983
MELICA
nutans 614
ciliata 613
POA
aquatica 633
trivialis 630
anguſtifolia 631
pratenſis 632
paluſtris 993
annua 629
compreſſa 635
nemoralis 994
criſtata 992
BRIZA
media 647
DACTYLIS
glomerata 633
CYNOSURUS
criſtatus 637
cæruleus 636
FESTUCA
ovina 634
duriuſcula 997
rubra 998
myuros 1002

decumbens 1001
elatior 1003
fluitans 643

BROMUS
arvenſis
ſecalinus 640
mollis 640
ſterilis 641
tectorum 995
giganteus 996
pinnatus

AVENA
elatior 627
fatua 989
pratenſis 990
pubeſcens 628
flaveſcens 991

ARUNDO
phragmites 624
epigeios 986
Calamagroſtis 625

LOLIUM
perenne 645
temulentum 646

HORDEUM
murinum 622

TRITICUM
repens 621
caninum 985

Trigynia

MONTIA
fontana

CLASSIS IV.

TETRANDRIA

Monogynia.

DIPSACUS
fullonum 158

SCABIOSA
ſucciſa 159
arvenſis 160
columbaria 161
ochroleuca 162

SHERARDIA
arvenſis 14

ASPERULA
odorata
tinctoria

GALLIUM
paluſtre 9
uliginoſum 887
verum 8
ſylvaticum 14
Mollugo 11
glaucum 12
boreale 10
rotundifolium 886
ſaxatille
Aparine 6
PLANTAGO
major 18
media 890
lanceolata 19
pſylium
CENTUNCULUS
minimus 892
SANGVISORBA
officinalis 16
CORNUS
ſangvinea 257
TRAPA
natans 255
ALCHEMILLA
vulgaris 552
APHANES
arvenſis 551
Digynia.
CUSCUTA
europæa 20
Tetragynia.
POTAMOGETON
natans 261
perfoliatum 927
lucens
criſpum 262
ſetaceum 260
gramineum 264
SAGINA
procumbens *a* 384
b - - *b* 385

CLASSIS V.

PENTANDRIA

Monogynia

MYOSOTIS
Scorpioides arvenſis 32

paluſtris 31
Lapula 27
LITHOSPERmum
officinale
arvenſe 3
ANCHUSA
officinalis 22
CYNOGLOSSUM
officinale 25
PULMONARIA
anguſtifolia 30
officinalis 29
SYMPHYTUM
officinale 28
BORAGO
officinalis 21
LYCOPSIS
arvenſis 24
ECHIUM
vulgare 151
PRIMULA
officinalis 39
elatior 38
MENYANTHES
trifoliata 40
nymphoides
HOTTONIA
paluſtris 37
LYSIMACHIA
vulgaris 34
thyrſiflora 35
Numularia 36
ANAGALLIS
arvenſis 33
CONVOLVULUS
arvenſis 49
ſepium 50
CAMPANULA
rotundifolia 897
patula 894
Rapunculus 48
perſicifolia 47
pyramidalis
rapunculoides 896
lilifolia
Trachelium 45

glomerata 46
Cervicaria 895

PHYTEUMA
ſpicatum 155
orbiculare 156

SAMOLUS
Valerandi 898

LONICERA
nigra
xyloſteum.

VERBASCUM
Thaſpus 152
lychnitis
nigrum 153

DATURA
Stramonium 42

HYOSCYAMUS
niger 154

SOLANUM
nigrum 53
Dulcamara 54

RHAMNUS
catharticus 694
alpinus
Frangula 51

EVONYMUS
europæus 353
latifolius } ſcopoli
verrucoſus }

RIBES
rubrum 356
nigrum 355
uva criſpa 357

HEDERA
Helix 342

THESIUM
Linophyllon 553

VINCA
minor 41

Digynia

ASCLEPIAS
Vincetoxicum 56

HERNIARIA
glabra 569

CHENOPODIUM
bonus Henricus 554

rubrum 561
murale 964
album 562
viride 559
hybridum 560
glaucum 563
Vulvaria 558
polyſpermum 564

ULMUS
campeſtris 570

GENTIANA
Pneumonanthe 55
Centaurium 57
amarella
crutiata
campeſtris

ERYNGIUM
planum
amethyſtinum

SANICULA
europæa 495

BUPLEURUM
rotundifolium 956

TORDYLIUM
Anthriſcus 497

DAUCUS
Carota 496

CONIUM
maculatum 500

SELINUM
ſylveſtre 477
paluſtre 478
Carvifolia 473

ATHAMANTA
Cervaria 476
Oreoſelinum 475

PEUCEDANUM
officinale 479
Silaus 480

LASERPITIUM
prutenicum 498
latifolium

HERACLEUM
Sphondylium 474

ANGELICA
ſylveſtris 472

SIUM
latifolium 504
anguſtifolium 505
Falcaria 506
nodiflorum
OENANTHE
fiſtuloſa 494
PHELLANdrium
aquaticum 507
CICUTA
viroſa 502
AETHUSA
Cynapium 501
SCANDIX
pecten Veneris 487
Anthriſcus 493
CHAEROPhyllum
ſylveſtre 491
bulboſum 489
aromaticum
temulentum 488
hirſutum 490
PIMPINELLA
ſaxifraga ma-
jor 484
minor 483
hircina 485
SESELI
ſaxifragum 486
PASTINACA
latifolia ſylve-
ſtris 469
CARUM
Carvi 482
APIUM
graveolens 509
AEGOPODIUM
Podagraria 471

Trigynia

VIBURNUM
Opulus 58
SAMBUCUS
Ebulus 60
nigra 59
ALSINE
media 378
viſcoſa 945

Tetragynia.

PARNASSIA
paluſtris 351
Pentagynia
STATICE
Armeria 358
LINUM
catharticum 362
Radiola 942
DROSERA
rotundifolia 359
longifolia 360
Polygynia.
MYOSURUS
minimus 420

CLASSIS VI.
HEXANDRIA.
Monogynia
ALLIUM
Scorodopraſum 958
arenarium
carinatum 957
oleraceum 530
anguloſum 535
urſinum 536
LILIUM
Martagon 527
ORNITHOGAlum
luteum 524
minimum 524 b
ANTHERICUM
Liliago 526
calyculatum
ASPARAGUS
officinalis 538
CONVALLARIA
majalis 62
verticillata
Polygonatum 61
multiflora 61. b
bifolia 256
ACORUS
Calamus 571
JUNCUS
conglomeratus 578
effuſus 577
filiformis 967

articulatus 581
bulboſus 589
bufonius 579
piloſus 583
campeſtris 582
BERBERIS
vulgaris 537
PEPLIS
Portula 523
Trigynia
RUMEX
criſpus 574
maritimus 966
acutus 575
obtuſifolius 965
aquaticus 574
Accetoſa 572
Acetoſella 573
SCHEUCHZERia
Paluſtris 587
TRIGLOCHIN
paluſtre 251
Polygynia.
ALISMA
Plantago aquatica 252
natans
ranunculoides
CLASSIS VII.
HEPTANDRIA
Monogynia
TRIENTALIS
europæa 64
CLASSIS VIII.
OCTANDRIA
Monogynia
EPILOBIUM
anguſtifolium b 297
hirſutum 298
parviſlorum 1164
montanum 299
roſeum 1165
paluſtre 931
obſcurum 1166
VACCINIUM

Myrtillus 68
Vitis idæa 67
uliginoſum
oxycoccum

ERICA
vulgaris 65

DAPHNE
Mezereum 66

Trigynia

POLYGONUM
Biſtorta 592
amphibium 566
Hydropiper 568
Perſicaria 567
aviculare 589
Convolvulus 591
tataricum
dumetorum 968

Tetragynia

PARIS
quadrifolia 302

ADOXA
Moſchatellina 69

ELATINE
Hydropiper 932
Alſinaſtrum 301

CLASSIS VIIII.

ENNEANDRIA

Hexagynia

BUTOMUS
umbellatus 254

CLASSIS X.

DECANDRIA

Monogynia.

MONOTROPA
Hypopitys 300

ANDROMEDA
polifolia

ARBUTUS
uva urſi

PYROLA
rotundifolia 465
minor 465. 3
ſecunda 466
umbellata 467

uniflora 468
LEDUM
paluſtre 943
Digynia
CHRYSOSPLENIUM
alternifolium 588
SAXIFRAGA
granulata 572
hirculus
tridactilites 573
SCLERANTHUS
annuus 595
perennis 969
GYPSOPHILA
muralis 371
faſtigiata
SAPONARIA
officinalis 369
Vaccaria 370
DIANTHUS
carthuſianorum 366
Armeria 368
deltoides 367
ſuperbus 365
arenarius
Tryginia
CUCUBALUS
baccifer 389
Behen 394
viſcoſus
SILENE
nutans 395
noctiflora 949
STELLARIA
nemorum 946
holoſtea 376
graminea 375
uliginoſa 374
ARENARIA
trinervia 944
ſerpilifolia 383
rubra campe-ſtris 381
Pentagynia
SEDUM
Telephium 409

acre 410
ſexangulare 411
OXALIS
Acetoſella 70
AGROSTEMMA
Githago 396
LYCHNIS
Flos cuculi 391
Viſcaria 390
dioica 392
CERASTIUM
vulgatum 387
viſcoſum 948
ſemidecandrum 388
arvenſe 386
aquaticum 377
SPERGULA
arvenſis 380
pentandra 947
nodoſa 382

CLASSIS XII.

DODECANDRIA

Monogynia
PORTULACA
oleraca 885
LYTHRUM
ſalicaria 539
hyſſopifolia 549
Digynia
AGRIMONIA
Eupatoria 403
Trigynia.
RESEDA
Luteola 959
EUPHORBIA
Peplus 78
dulcis 80
helioſcopia 77
paluſtris 75
Dodecagynia
SEMPERUIVUM
tectorum 412

CLASSIS XIII.

ICOSANDRIA

Monogynia

PRUNUS

Padus 399
avium 400
ſpinoſa 401

Digynia

CRATAEGUS.

Oxyacantha 404

Trigynia

SORBUS

aucuparia 405

Pentagynia

PYRUS

communis 417
Malus 418

SPIRAEA

Filipendula 542
Ulmaria 421

· *Poligynia*

ROSA

canina 450
ſpinoſiſſima 451

RUBUS

idæus 447
cæſius 449
chamæmorus
fruticoſus 448
ſaxatilis 953

FRAGARIA

veſca 423
ſterilis 424

POTENTILLA

Anſerina 422
ſupina 431
recta 427
argentea 430
verna 429
aurea
alba 428
norvegica
reptans 426

TORMENTILLA

erecta 306
reptans

GEUM

urbanum 433

rivale 432
COMARUM
paluſtre 425

CLASSIS XIII.
POLYANDRIA

Monogynia
ACTÆA
ſpicata
CHELIDONIUM
majus 305
PAPAVER
Argemone 933
Rhœas 303
dubium 934
NYMPHAEA
lutea 544
alba 545
TILIA
europæa 397
CISTUS
Helianthemum 398
Digynia
DELPHINIUM
Conſolida 541
Pentagynia
NIGELLA
arvenſis 415
AQUILEGIA
vulgaris
Polygynia
ANEMONE
Hepatica 960
patens
pratenſis
vernalis
sylveſtris
Pulſatilla 543
nemoroſa 548
ranunculoides 547
CLEMATIS
Flammula 309
THALICTURUM
aquilegifolium
minus
anguſtiſolium 308

flavum 307

RANUNCULUS

Flamula 444

lingva 445

Ficaria 446

Caſſubicus.

auricomus 442

ſceleratus 431

bulboſus 438

repens 439

polyanthemos 952

acris 437

lanuginoſus 440

arvenſis 443

aquatilis diverſi-folius 434

fœniculaceus 435

peucedanifoli-us 436

TROLLIUS

europæus 549

CALTHA

paluſtris 623

CLASSIS XIV.

DIDYNAMIA.

Gymnoſpermia.

AJUGA

pyramidalis 103

reptans 102

Genevenſis.

TEUCRIUM

Scordium 101

NEPETA

Cataria 123

BETONICA

officinalis 129

MENTHA

ſylveſtris 881

aquatica 128

arvenſis 129

GLECHOMA

hederacea 131

LAMIUM

pupureum 107

album 106

amplexicaule 105
GALEOPSIS
Ladanum 108
Tetrahit ru-
brum 109
luteum 110
Galeobdolon 114
STACHYS
ſylvatica 112
paluſtris 113
annua 121
arvenſis 907
BALLOTA
nigra 122
MARRUBIUM
vulgare 127
LEONURUS
Cardiaca 115
CLINOPODIUM
vulgare 130
ORIGANUM
vulgare 132
DRACOCEphalum
ruiſchiana
moldavica
MELITTIS
meliſſophyllum
THYMUS
Serpillum 125
Acinos 126
SCUTELLARIA
galericulata 118
haſtifolia 119
minor
PRUNELLA
vulgaris 116
grandiflora 117
Angioſpermia
RHINANTHUS
Criſta galli fe-
mina 139
mas 138
EUPHRASIA
officinalis 148
Odontites 142
MELAMPYRUM

cristatum 910
arvenſe 141
nemoroſum 140
pratenſe 911
ſylvaticum 912

LATHRAEA
ſquamaria 134

PEDICULARIS
paluſtris 136
ſylvatica 137
ſceptrum carolinum

ANTIRRHINUM
ſpurium 146
Linaria 143
minus 144
Orontium 145

SCROPHULARia
nodoſa 149
aquatica 150

OROBANCHE
major

LIMOSELLA
aquatica 135

CLASSIS XV.

TETRADYNAMIA.

Siliculoſa

MYAGRUM
ſativum 265
paniculatum 929

DRABA
verna 395
muralis

LEPIDIUM
ruderale 293

THLASPI
arvenſe 289
campeſtre 290
Burſa paſtoris 291

COCHLEARIA
officinalis
Armoracia 294
Coronopus 939

IBERIS
nudicaulis 392

ALYSSUM
incanum 296

Siliquoſa.

DENTARIA

bulbifera

CARDAMINE

impatiens 288

hirſuta

amara

pratenſis 287

SISYMBRIUM

Naſturtium 277

ſylveſtre 878

amphibium paluſtre 275

aquaticum 276

Sophia 380

Irio 274

ERYSIMUM

officinale 273

Barbarea 279

Alliaria 281

cheiranthoides 284

ARABIS

thaliana 286

TURRITIS

glabra 283

hirſuta 285

BRASSICA

Campeſtris

SINAPIS

arvenſis 272

RAPHANUS

Raphaniſtrum 267

ISATIS

tinctoria

CLASSIS XVI.

MONADELPHIA

Decandria

GERANIUM

cicutarium 491

paluſtre 458

pratenſe 459

robertianum 462

diſſectum 463

rotundifolium 464

molle 955

ſangvineum 460

Polyandria

MALVA

rotundifolia 72
ſyſveſtris 73
Alcea 74
moſchata

CLASSIS XVII

DIADELPHIA

Hexandria

FUMARIA
bulboſa cava 312
ſolida 313
officinalis 311

Octandria.

POLYGALA
vulgaris 253
amara

Decandria

SPARTIUM
ſcoparium 938
GENISTA
tinctoria 323
germanica 324
ONONIS
ſpinoſa 227
ANTHILLIS
Vulneraria 322
OROBUS
vernus 340
tuberoſus 940
niger 341
LATHYRUS
tuberoſus 311
pratenſis 337
latifolius 338
paluſtris
VICIA
dumetorum
Cracca 333
ſativa 330
ſylvatica
ſepium 331
ERVUM
hirſutum 334
tetraſpermum 939
CORONILLA
varia 346
ORNITHOPUS

perpuſillus 347

ASTRAGALUS

glycyphyllus 350

arenarius

TRIFOLIUM

Melilotus officinalis 314

hybridum 936

rubens

repens 320

alpeſtre 318

pratenſe 317

arvenſe 321

montanum 319

fragiferum 315

agrarium 316

ſpadiceum

procumbens 937

LOTUS

corniculatus 343

MEDICAGO

falcata 349

lupulina 348

CLASSIS XVIII.

POLYADELPHIA.

Polyandria.

HYPERICUM

perforatum 406

humifuſum 408

quadrangulum 950

montanum 407

hirſutum 951

CLASSIS XIX.

SYNGENESIA.

Polygamia æqualis.

TRAGOPOGON

pratenſe 205

SCORZONERA

humilis

PICRIS

hieracioides 207

SONCHUS

paluſtris

arvenſis 214

oleraceus læвis 216

aſper 215

LACTUCA

ſativa 220
Scariola 221
ſaligna 918
CHONDRILLA
juncea 206
PRENANTHES
muralis
LEONTODON
Taraxacum 218
auctumnale 222
hiſpidum 217
hirtum 219
HIERACIUM
Piloſella 211
auricula
dubium 916
cymoſum 210
præmorſum
murorum 212
paludoſum 917
cerinthoides
ſabaudum 208
umbellatum 209
CREPIS
tectorum 213
biennis 918
HYOSERIS
minima 204
HYPOCHOERIS
maculata
radiata 225
LAPSANA
communis 203
CICHORIUM
Intybus 223
Endivia 224
ARCTIUM
Lappa 201
SERRATULA
tinctoria 190
arvenſis 195
CARDUUS
lanceolatus 194
nutans 191
acanthoides
criſpus 192

paluſtris 198
acaulis 196
CNICUS
oleraceus 200
ONOPORDON
Acanthium 186
CARLINA
acaulis
vulgaris 189
racemoſa
BIDENS
tripartita 187
minima 914
cernua 188
EUPATORIUM
cannabinum 185
var: integrifolia
Polygamia ſuperflua.
TANACETUM
vulgare 163
ARTEMISIA
campeſtris 166
Abſinthium 165
vulgaris 164
GNA HALIUM
dioicum 174
arenarium 175
uliginoſum 180
ſylvaticum 179
CONYZA
ſquarroſa 181
ERIGERON
canadenſe 184
acre 183
TUSSILAGO
Farfara 167
hybrida 169
alba.
Petaſites 168
SENECIO
vulgaris 170
viſcoſus 171
Jacobæa 172
ſaveolens
paludoſus 173
ASTER

Tripolium 921
amelus
SOLIDAGO
Virga aurea 236
INULA
Helenium 232
dyſenterica 235
pulicaria 182
ſalicina 233
hirta 234
CINERARIA
paluſtris 237. 238
ARNICA
montana 922
BELLIS
perennis 226
CHRYSAnthemum
Leucanthemum 229
ſegetum
inodorum 920
MATRICARIA
Parthenium 228
ſuaveolens 919

Chamomilla 231
ANTHEMIS
arvenſis 923
Cotula 239
tinctoria 1163
ACHILLEA
Ptarmica 241
Millefolium 240
nobilis

Polygamia fruſtranea.

CENTAUREA
phrygia
Cyanus 245
paniculata 925
ſcabioſa 883
Iacea 246
COREOPSIS
Bidens* 924

Polygamia neceſſaria.

CALENDULA
arvenſis 227
FILAGO
montana 178

arvenſis 177

Monogamia

JASIONE

montana 44

VIOLA

montana

paluſtris

mirabilis

hirta 954

odorata 454

canina 455

tricolor 452

bicolor 453

IMPATIENS

Nolli tangere 310

CLASSIS XX.

GYNANDRIA.

Diandria.

ORCHIS

bifolia 520

Morio 512

maſcula 511

cuculata

uſtulata

militaris 510

latifolia 515

maculata 515. 1

conopſea 514

SATYRIUM

nigrum

repens

viride 513

OPHRYS

monorchis

loeſelii

corallorhyza

Nidus avis 522

ovata 521

SERAPIAS

latifolia 518

longifolia 519

grandiflora 517

CYPRIPEDIUM

calceolus

Polyandria

CALA

paluſtris

CLASSIS XXI.

MONOECIA.

Monandria

ZANICHELLIA
paluſtris
CHARA
vulgaris 1009

Diandria

LEMNA
triſulca 854
minor 855
polyrrhiza 1099

Triandria

TYPHA
latifolia 678
anguſtifolia 678. 2
SPARGANIUM
natans
erectum 677
CAREX
pulicaris 673
leporina 667
vulpina 666
brizoides 675
Ceſpitoſa
muricata 672
pilulifera
loliacea 1011
arenaria
elongata 676
dioica
flava 668
digitata 670
montana 1014
palleſcens 1016
panicea 1017
hirta 1018
Pſeudocyperus 663
ſylvatica 661
diſtans 1019
acuta nigra 664
rufa 665
veſicaria 662

Tetrandria

BETULA

alba 682
Alnus glutinoſa 681
URTICA
urens 680
dioica 679

Pentandria.

XANTHIUM
ſtrumarium 659
AMARANTHUS
Blitum 684

Polyandria.

CERATOPhyllum
demerſum 688
MYRIOPHYllum
ſpicatum 593
verticillatum 594
SAGITTARIA
ſagittæfolia 660
QUERCUS
Robur 690
FAGUS
ſylvatica 693
CARPINUS
Betulus 689
CORYLUS
Avellana 691

Monadelphia.

PINUS
ſylveſtris 687
Abies (Picea *veter* 686
BRYONIA
alba 658

CLASSIS XXII.

DIOECIA.

Diandria.

SALIX
pentandra 1021
triandra 1022
fragilis 1023
purpurea 1024
vitellina 701
amygdalina 697
Caprea 700
aurita 1025
alba

roſmarinifolia
arenaria

triandria

EMPETRUM
nigrum

Tetrandria.

VISCUM
album 681

Pentandria

HUMULUS
Lupulus 703

Octandria

POPULUS
tremula 707
nigra 706
alba 1026

Enneandria.

MERCURIALIS
perennis 709
annua 708

HYDROCHARIS
Morſus ranæ 695

Monadelphia

JUNIPERUS
communis

TAXUS
baccata

CLASSIS XXIII.

POLYGAMIA

Monoecia.

ANDROPOGON
Iſchæmum 974

HOLCUS
lanatus 616
mollis 984

VALANTIA
Cruciata 7
glabra

ATRIPLEX
laciniata 555
haſtata 963
patula 554

ACER
Pſeudoplatanus 364

campeſtre 363

Dioecia.

FRAXINUS

excelſior 710

CLASSIS XXIV.

CRYPTOGAMIA

Filices.

EQUISETUM

ſylvaticum 728

arvenſe 730

paluſtre 831

fluviatile 727

hiemale 729

OPHIOGLOSSUM

vulgatum 726

OSMUNDA

Lunaria 725

Spicant 724

ACROSTICHUM

ſeptentrionale 711

PTERIS

aquilina 723

ASPLENIUM

Trichomanes 716

Ruta muraria 712

POLYPODIUM

vulgare 717

Filix mas 718

criſtatum 1028

fragile 721

Dryopteris 1170

Muſci

LYCOPODIUM

clavatum 732

ſelago

complanatum

SPHAGNUM

paluſtre 774

capillaceum 775

PHASCUM

ſubulatum 777

cuſpidatum 780

muticum 779

POLYTRICHUM

commune 733

piliferum 1031

nanum ‡ mnium L.
ſtriatum bryum L.

FONTINALIS

major 781
antipyretica

MNIUM

androgynum 773
pellucidum 1076
paluſtre 1077

BRYUM

apocarpum 776
pomiforme 740
fontanum mnium L.
pyriforme 743
truncatulum 745
extinctorium 1033
ſubulatum 744
rurale 751
murale 742. 747
ſcoparium 756
undulatum 746
glaucum 739
heteromallum 1036
cirratum 748
viridulum 754
purpureum ‡ 738
aurenm mnium L. 1042
argenteum 749
pulvinatum 751
ceſpititium 750
crudum mnium L. 1405
hornum mnium L. 1046
hygrometricum mnium L. 752

HYPNUM

bryoides 1050
taxifolium 1051
denticulatum 772
complanatum 778
criſpum 764

parietinum 765
proliferum 766
prælongum 1054
abietinum 1055
filicinum 771
cupreſſiforme 762
aduncum 1056
paluſtre 1074
triquetrum 767
rutabulum 1057
fluitans 1060
cuſpidatum 768
ſquarroſum 1063
viticuloſum 761
riparium 1064
purum 1065
illecebrum 1066
compreſſum 1067
dendroides 769
alopecurum 1068
myoſuroides 1069
ſciuroides 770
ſericeum 759
velutinum 757. 758.
ſerpens 760
paluſtre 1074

Algæ

JUNGERMANnia
aſplenioides 783
lanceolata 1079
bidentata 1081
puſilla 1085
varia 1080
reptans 1083
complanata 782
tamariſcifolia 1086
epiphylla 785
furcata 784

MARCHANTIA
polymorpha 852
conica 853

RICCIA
cryſtalina
glauca 1091

LICHEN
jubatus 1100

chalybeiformis 1101
hirtus 1102
floridus 1103
barbatus 1104
rangiferinus ſyl-
vaticus 1105
paſchalis
ſubulatus 1107
uncialis 1108
pyxidatus 1109
coccifer 1110
fimbriatus 1111
gracilis 1112
cornutus 1113
caninus 858
aphthoſus 860
caperatus 863
fraxineus 862
furfuraceus 859
calicaris 1117
farinaceus 1118
prunaſtri 856
ciliaris 868
pulmonarius 857
criſpus 1121
ſtellaris 865
phyſodes 1124
ſaxatilis 864
olivaceus 1128
parietinus 861
ſubfuſcus 1129
candelarius 1131
ericetorum 866
ſangvinarius 1140
geographicus 1143
antiquitatis Bys-
sus L. 1144
incanus 1147
lacteus 1148
TREMELLA
difformis
criſpa 1151
verrucoſa 1152
Noſtoch 869
botriodes Bys-

sus L. 1153
ULVA
compreſſa 1154
granulata 1155
CONFERVA
bulloſa 1156
reticulata
fluviatilis
amphibia 1159
rivularis 879
BYSSUS
phoſphorea 3: a. b 878
velutina 875
ſtellaris
ceſpitoſa
floccoſa 1160

F U N G I.

CLAVARIA
piſtillaris I 850
corraloides III 851
digitata 1097
ELVELA
Morchella II 843
Auricula III 842
fallopiana IV 841
ſcutellata VII (838 (840
purpurea *Tremella L.* 1092
PHALLUS
impudicus I 833
eſculentus IV 834. 836
BOLETUS
bovinus I 818. 822
verſicolor II. 830
ſvaveolens
ſquamoſus III (824 (829
coriaceus V
imbricatus VI 832
Auriſcalpium VII 831
criſtatus VIII 827
intibaceus XI 828

ſangvinaceus X 823
echinatus XI
igniarius XII 826
flabelliformis XII d. 825.
AGARICUS
muſcarius I.
ovinus aureus II b. 787
tuberoſus albus III 788
fuſcus III d.
atramentarius IV 790
crenulatus albus V 789
fornicatus luteo albus VI 791
prœaltus VIII
laxus IX 792
piperatus albus X 793
delicioſus lateritius XI 794
Cantharellus XII. 795. 833
Kremlinga XIII. 796
diverſicolor flaveſcens XIV f.
androſaceus XV. 797
ſalebroſus XVI 798
porcatus XVII 799
lacerus albus XIX 801
acetabuloſus XX
campeſtris XXI 802
Georgii XXI e f. 803
Columbetta XXII 804
tenuiſſimus XXIII 805

fimetarius XXIV 806
galericulatus XXV 807
umbellatus g.
ſquamoſus XXVI
lacteus XXVII 808
carneus L. 812
croceus XXVIII 809
campanulatus L. 810
clypeatus 811
violaceus 813
villoſus XXIX
quercinus XXX 814. 816
pectunculus XXXI 815
ſpathulatus HAL. *hiſt.* 2338. 817
PEZIZA
lævis I 846
hirſuta I a. 847
STEMONITIS
clavata I 837
LYCOPERDON
Boviſta vulgaris I 849
furfuracea I e. 1
ſtellata I f. 849. 2
teſſellata - g. 3
verrucoſa h.
aculeata i 4
papilloſa k 5
piloſa p.
decorticata r.
pedunculatum III. 1094
epidendrum IV. 848
multifidum V. a 1095
Braſſicæ 1096
MUCOR

cellularis I
clavatus II
fimetarius II. a.
paniceus II. b. 873
ſepticus II. d. 872
Mucedo IV. 874
botryoides IV b.

globoſus IV c.
Lycogala III c.
ceſpitoſus BYSSUS V.
glaucus VI 871
cruſtaceus L.
Eryſiphe L.

PLANTAE CULTAE

Diandria.

SYRINGA
vulgaris 1

Triandria.

PHALARIS
canarienſis 599

PANICUM
miliaceum 608

AVENA
ſativa 626

ſtrigoſa 988

SECALÉ
cereale 618

HORDEUM
vulgare 623
diſtichum

TRITICUM
æſtivum 619
hibernum 620

Tetrandria.

CORNUS
mas 158

Pentandria

SOLANUM
tuberoſum 52

BETA
vulgaris 565. 3.4.
Cicla 565. 1. 2.

SIUM
Siſarum 503

CORIANDRUM
ſativum 499

SCANDIX
Cerefolium 492

ANETHUM
graveolens 470
Foeniculum 481

APIUM
Petroſelinum 508

LINUM
vſitatiſſimum 361

Hexandria.

ALLIUM
Porrum 531
ſativum 529

aſcalonicum

Cepa 532

fiſtuloſum 533

Schoenopraſum 536

Heptandria

ESCULUS

Hippocaſtanum 457

Octandria.

POLYGONUM

Fagopyrum 590

Polyandria.

PAPAVER

ſomniferum 304

Tetradynamia.

MYAGRUM

ſativum 265

BRASSICA

oleracea 269

Napus 270

Rapa 271

RAPHANUS

ſativus 268

Diadelphia.

PHASEOLUS

vulgaris 344

PISUM

ſativum 336

VICIA

ſativa alba 328

nigra 329

Faba 335

ERVUM

Lens 326

ROBINIA

Pſeudo Acacia 345

HEDYSARUM

Onobrychis 884

Syngeneſia.

LACTUCA

ſativa 220

CYNARA

Scolymus 199

HELIANTHUS

annuus 242

tuberoſus 243

Monoecia.

CUCUMIS

ſativus 656

CUCURBITA

lagenaria. 657

Pepo

JUGLANS

regia 692

Dioecia

SPINACHIA

oleracea 705

CANNABIS

ſativa 704

JUNIPERUS

Sabina 702

COROLLÆ UNIPETALÆ

COLLECTIO PRIMA.

Plantæ Unipetalæ Corollæ calice involutæ, Simplices uniformes.

FASCICULUS I.

Plantæ lignoſæ, Corollæ Unipetalæ, Stamina duo, & Stilum unum includentes.

COROLLÆ INFUNDIBULIFORMES REGULARES.

1. Lilac Svaveolens.

Frutex ſexpedalis, Folia cordato Lanceolata. Flores parvi, ſvaveolentes, racemoſi; Racemo craſso palmari, Fructus capſula plana, rubeſcens. Syringa vulgaris L. florens Majo, in hortis derelictis. Frequens.

2. Liguſtrum Anguſtifolium.

Frutex ſempervirens. Folia lanceolata, glabra. Flores racemoſi: Racemo parvo. Corollæ ſuaveolentes, albæ. Fructus: Bacca rubronigra.

Liguſtrum vulgare L. Florens julio: paſsim in hortis derelictis.

COROLLÆ ROTATÆ REGULARES.

Stamina quinque Stili tres.

3. Opulus trilobofolio.

Frutex decempedales. Folia lobata, dentata, lamina infera ſubvilloſa. Glandulæ ad baſim folii. Flores ſubumbellati; Steriles majores in circumferentia. Fructus: Baccæ rubræ, amaræ, acres.

Viburnum opulus L. Sylvaticus, Grodnenſis. Florens Majo.

Var. Flore pleno: paſsim in hortis.

4. Sambucus medulloſus.

Frutex ramoſiſsimus, quindecim pedalis: Ramis medulla Lævi repletis, folia fætida, impari pinnata: Foliolis quinque aut ſeptem, ovato lanceolatis. Flores cimoſi ſeu ſubumbellati:

umbella quinque partita. Corollæ albæ, ſuaveolentes. Fructus: Baccæ nigræ.

Sambucus nigra L. Florens Junio: Grodnenſis prope hortos.

COROLLÆ GLOBOSO CAMPANULATÆ REGULARES.

Stamina octo aut decem, Stilus unus.

5. Erica glabra.

Suffrutex, ſempervirens: Caules ramoſi, procumbentes; inde rami erecti. Folia numeroſiſsima minima erecta, imbricata, glabra, ramuli quadrangulares; inferiora folia ſagitata. Flores racemoſi, ſubspicati, uno latere, ſubnutantes. Calix coloratus; corolla calice brevior, quadrifida, purpureo violacea. Stamina octo. Fructus: Capſula tetragona.

Erica vulgaris L. communis. Sylvatica. Florens in Auguſto. Grodnenſis.

6. Andromeda Roſmarinifolio.

Fruticulus erectus, pedalis. Folia alterna, lineari lanceolata: Oris contractis, ſuperne viridia, in-

ſerne glauca. Pedunculi aggregati, longi, purpurei. Calix coloratus. Corolla ſubgloboſa albo purpurea, ora contracta, ſtamina decem. Fructus: capſula ſubrotunda.

Andromeda, poliſolia L. Florens Auguſto, Grodnenſis: Lipſka, in humidis ſylvis.

7. Myrtillus niger.

Fruticulus, anguloſus, erectus, pedalis. Folia decidua, mollia, ovato lanceolata ſerrata. Flores terminantes, penduli. Corolla globoſa, roſea. Fructus: Bacca cæruleo nigra.

Vaccinium Myrtillus L. Grodnenſis, Sylvatica communis, florens Aprili.

8. Vaccinium rubrum.

Frutex bipedalis, erectus, ſuperne folioſus. Folia integerrima, ovata, venoſa, tenera baſi ciliata. Corolla ovalis, albo roſea. Fructus: Bacca rubra.

Vaccinium uliginoſum L. rarior: in aquoſis Lipſka: Grodnenſis. Florens Majo.

9. Vaccinium buxifolio.

Frutex: Caules ramoſi, inclinati, pedales. Folia obovata ſeu verſus petiolum anguſtiora, re-

voluta margine contracto, integerrima, ſicca, ſubtus albida, punctata. Corolla ovata, campanulata, carnea. Fructus: Bacca rubra, grate acida.

Vaccinium vitis idæa L. communis: Grodnenſis, Sylvatica; Florens Majo.

10. Oxycoccus quadripetala.

Fruticulus: Caules repentes, filiformes, nudi. Folia in parte ſuperiori ramorum, parva, ovato lanceolata ſubtus incana. Flores pauci terminantes. Corollæ profunde quadrifidæ, quaſi tetrapetalæ. Stamina octo. Fructus: Bacca rubra acida.

Vaccinium Oxycoccos L. Grodnenſis in aquoſis Lipſka, communis. Florens Septembri.

11. Arbutus acerbus.

Fruticulus procumbens, ramoſus. Folia ſolida, dura, integerrima, a petiolo lateſcentia, ovata. Racemi florum, denſi, breves, corolla rotunda, roſea. Stamina decem. Fructus: Bacca rubra; pulpa ſicca repleta.

Arbutus uva urſi L. communis: Sylvaticus Grodnenſis, florens Majo.

COROLLÆ INFUNDIBULIFORMES IRREGULARES.

Stamina quinque Stilus unus.

12. Lonicera nigra.

Frutex quatuor pedalis Folia ovato lanceolata: juniora villoſa, ſenſim calveſcunt. Pedunculi axilares, biflori. Calix quinquefidus: corolla ſaturate purpurea, quaſi bilabiata: labio ſuperiore quadrifido; inferiore integro. Baccæ gemellæ, diſtinctæ, inferæ, nigræ.

Lonicera nigra L. Grodnenſis ſylvatica. Florens Junio.

13. Lonicera rubra.

Frutex ſexpedalis, erectus, cortex ramorum ſaturate rubens. Folia integerrima, ovata acuminata, lanuginoſa, pedunculi axilares biflori, corolla fere præcedentis lanuginoſa, alba ſtraminei coloris. Baccæ binæ, rubræ, baſi coalitæ.

Lonicera xylosteum L. Sylvatica Grodnenſis, communis florens Junio.

FASCICULUS II.

Plantæ herbaceæ, corollæ unipetalæ non figuratæ. Stamina quatuor, ſtilus unus.

STELLATÆ.

Corollæ parvæ, plerumque quadrifidæ. Stamina ſæpius quatuor, ſtilus unus, profunde diviſus aut duo; germina duo, coalita, infera. Folia ſtellatim circa nodos diſpoſita, ſimplicia, anguſta, caules plerumque quadrangulares. Radices ſæpius rubro cortice. Foliola duo oppoſita ad originem pedunculorum.

Corollæ campanulatæ planæ.

14. Galium diffuſum.

Caulis fragilis; ramis diffuſis, baſi radiculas emittens. Folia quaterna, obovata, obtuſa, inæqualia; racemi pauciflori; octo, duodecim. Corollæ albæ. Fructus: ſemina bina glabra.

Galium paluſtre L. Grodnenſis. Florens Junio Łoſosna. Variat altitudine caulis a palmari ad bipedalem. Perennis.

15. Galium grandiflorum.

Caulis pedalis vix ſe ſuſtinens, aſper, vix ramoſus.

Folia linea latiora, lanceolata, ſub aſpera, obtuſa inferius ſena, quaterna: ſuperius. Quina in intermedio. Racemus pauciflorus. Germen rugoſum, glabrum; corollæ albæ fructu majores. Forte varietas uliginoſi L. Grodnenſis in aquoſis juxta ripas Niemen. Florens junio. Perennis.

16. Galium incarnatum.

Caulis pedalis, glaber, tenuis, debilis, ramoſus. Folia quina, quaterna, verticillis paucis, lineari lanceolata, inæqualia, obtuſa, glabra. Racemi pauciflori. Corollæ magnæ, carneæ, germina glabra.

Habitus præcedentis Grodnenſis aquatica Łoſosna. Florens junio.

17. Galium albolutesſcens.

Caulis bipedalis, ramoſus, glaberrimus. Folia caulina ſena, lanceolata, marginibus ſubspinoſa, mucronata; Folia ramorum quina, latiora, breviora. Racemi pauciflori duodecim; pedunculi tenuiſſimi, germina glabra. Corolla magna, alba, facie interna luteſcens.

Forte varietas uliginoſi L. in aquoſis Łoſosnæ Grodnenſis. Florens Auguſto, Perennis.

18. Galium minus.

Caulis palmaris ramoſiſſimus ſubprocumbens. Folia inferiora ſena, lanceolata, glabra, obtuſa; ſuperiora quaterna. Racemi pauciflori. Germina glabra; Corollæ albæ.

Galium ſaxatile L. in herbidis Grodnenſis, Junio florens.

Galium minus var. anguſtioribus foliis.

Mixta cum præcedenti: convenit habitu; differt foliis longioribus, linearibus, quaternis plerumque.

Grodnenſis in herbidis, florens junio.

19. Galium lutæum.

Caulis pedalis, ſubquadratus, erectus, ramoſus: Ramis floriferis brevibus. Folia plerumque octona, fragilia, anguſtiſſima, ſulcata, Racemi dilatati, multiflori; terminante majore. Corollæ luteæ, ſuaveolentes, parvæ. Semina glabra, rugoſa.

Galium verum L. communis, pratenſis, Grodnenſis; Florens junio. Perennis.

Galium lutæum var. racemis paucifloris.

In iſto caulis rotundus, rubeſcens; Folia novem, racemi elongati, anguſti, pauciflori.

Grodnenſis in arvis; Florens Julio.

20. Galium pentandrum.

Caulis pedalis, cinereſcens, ramoſus; Ramis hirſutis. Folia latiora, longiora, quam in galio vero, acuminata, acumine albo. Racemi dilatati, pauciflori. Corolla quinquefida, luteſcens. Stamina quinque. Fructus didymus, fere pulpoſus.

An varietas lutœi, Grodnenſis in ſylvis. Florens junio.

21. Galium ſublutæum.

Caulis tripedalis, ramoſus, glaberrimus: ramis ſubdiviſis. Folia inferiora decena, & undecena; intermedia decena, ſuperiora ſena; omnia molliora, latiora quam in lutæo racemi dilatati. Corollæ albeſcentes, ſubluteæ. Fructus glaber.

Forte varietas lutæi. Florens Auguſto, arvenſis, Grodnenſis perennis.

22. Galium minimum.

Caulis tenuis, vix quadriuncialis, ramoſiſſimus, ſubrotundus, cinereus, aſper. Folia capillacea; inferiora octona; intermedia ſena. Racemi pauci flori. Corolla lutea magna: Flores quaſi foliis occulati. Fructus nigreſcens, pulpoſus magnus.

An ſimplex varietas lutæi. Grodnenſis arvenſis. Florens majo. Loſosna.

23. Galium hirſutum.

Caulis pedalis, ramoſiſſimus: ramis ſuperioribus oppoſitis. Verticilli foliorum approximati denſi. Folia caulina quina, ramorum ſæpe quaterna, lineari lanceolata, acuta, hirſuta. Caulis rami, pedunculi longis pilis onuſti. Racemi florum approximati paniculum formant; Corollæ parvæ flaveſcentes, deſiccatione luteæ.

Accedit ad maritimum L. florens junio, uliginoſa Grodnenſis.

24. Galium inflatum.

Caulis debilis, ramoſus, lævis, ſubrotundus; nodi ſub foliis inflati. Folia octona, lanceolata lata acuminata, margine, & ſubtus ſcabra. Racemi numeroſi quaſi paniculum efficientes. Corollæ parvæ albæ. Fructus glabri.

Galium ſylvaticum L. communis in ſylvis Grodnenſibus perennis. Florens julio.

25. Galium altiſsimum.

Caulis firmus, quadripedalis, ramoſus, reliquis craſsior. Folia inferiora, octona, anguſtiora: ſu-

periora ſena, quina, aut quaterna, mucronata, omnia albicantia. Racemi ſubumbellati multiflori; majore terminante. Corollæ albæ, majores quam in præcedenti minusque planæ.

Galium halleri 714 Sylvaticum; julio florens, Grodnenſis, communis, perennis.

26. Galium album.

Caulis pedalis & bipedalis, tenuior, debilior angulis elevatis. Folia octona, ovato linearia, ſubſerrata patentiſſima, mollia, mucronata. Racemi paniculati. Corollæ albæ parvæ.

Galium mollugo L. Grodnenſis, communis. Florens julio perennis.

Galium album var. anguſtifolia.

Folia octona, linearia, facies præcedentis; exhibens folia lutæi, racemos albi.

27. Galium trinervium.

Caulis pedalis, erectus. Folia quaterna, lanceolata, trinervia, glabra. Racemi congeſti paniculum formantes. Corollæ albæ; fructus hiſpidi.

Galium boreale L. communis in Sylvis Grodnenſis perennis. Florens junio.

Galium trinervium, var. nanus.

Vix palmaris, caulis ramoſior, racemi magis dilatati. Verticilli magis approximati, duo folia latiora, duo linearia; racemi ſupra radicem plurimi fere longitudine caulis. Grodnenſis florens junio.

Galium trinervium var. rotundifolium.

Caulis glaber, pedalis debilis. Folia quaterna, rotundata glabra. Verticilli remoti; nervifoliorum vix viſibiles. Racemi pauciflori: corollæ parvæ, albæ germen hirſutum.

Florens junio in Sylvis: in nonnullis folia terna, in aliis tria ovata, quartum lanceolatum.

28. Galium adhærens.

Caulis tripedalis, fragilis, aſperrimus. Folia octona, ſeptena, ſena, ſcaberrima, ſerrata, lanceolata, retrorſum aculeata. Racemi axilares, pauciflori. pedunculi uniflori. Corollæ parvæ, albo luteſcentes. Fructus hiſpidi, magni.

Galium aparine L. communis, Grodnenſis. Florens junio. Annua.

29. Galium poligamum.

Caulis erectus, ſemipedalis, glaberrimus. Folia quaterna, glabra, trinervia, ovato lanceolata.

Racemi axilares ſoliis breviores, ſexflori. Corollæ luteæ, magnæ; maſculinæ, femininæ & hermaphroditæ.

Valantia glabra L. Grodnenſis Sylvatica in humidis Łoſosna. Florens majo perennis.

Corollæ Infundibuliformes.

30. Aſperula odorata L.

Caulis erectus pedalis plerumque ſimplex. Folia octona lanceolata, ſuperiora majora acuminata: inferiora, minora obtuſa: omnia latiora quam in aliis ſuæ gentis. Flores faſciculati: pedunculi erecti. Corollæ albæ ſvaveolentes. Fructus hiſpidi.

Grodnenſis Sylvatica Łoſosna. Florens majo perennis.

31. Aſperula triandra.

Caulis bipedalis debilis. Folia inferiora ſena; ſuperiora quaterna: omnia anguſta, glabra. Racemi axilares & terminantes. Flores ſubumbellati. Corollæ albæ pleræque trifidæ. Stamina tria. Fructus glaber.

Aſperula tinctoria L. communis, Sylvatica, Grodnenſis. Florens majo: perennis.

COROLLÆ LIMBUS LACINIIS REFLEXIS.

PLANTAGINES.

Flores ſpicati: ſpica plerumque denſa. Calix quadrifidus. Corolla quadrifida laciniis linearibus flacidis. Stamina quatuor, longiſſima. Stilus unus. Fructus capſula horiſontaliter dehiſcens, bilocularis. Scapus in omnibus præter pſylium.

32. Plantago major L.

Folia petiolata, ovata, glabra, palmaria, ſeptem nervia; petioli longi canaliculati. Scapus ſtriatus: ſpica longa cilindrica. Flores imbricati. Communis, arvenſis Grodnenſis. Florens junio.

Plantago major var. foliis dentatis.

Plantago major var. ſpica bifida, multifida.

33. Plantago minor.

Nanus. Folia radicalia ovata, ſubtomentoſa, trinervia, integra aut ſinuata. Scapi plurimi ſtriati, ſubhirſuti longitudine ſpicæ, ſpica policaris. Calix & bracteæ albeſcentes. Corolla alba brevis.

Conſtans varietas majoris, Grodnenſis. Florens Auguſto in ſtagno deſiccato.

34. Plantago pauciflora.

Planta glaberrima, petioli debiles non canaliculati, folia quinque nervia, ſubdentata, glabra, mollia, perlucida, palmaria. Scapi foliis breviores, ſpica pauciflora. Flores non imbricati, remoti, ſpica interrupta.

Accedit ad Aſiaticam L. filia majoris, Grodnenſis in paſcuis. Florens julio.

35. Plantago media.

Folia brevi petiolata, ovata, integra, pubeſcentia, acuminata, ſcapus teres: ſpica brevior quam in majore, cylindrica.

Grodnenſis communis in paſcuis: florens junio.

Plantago media var. foliis dentatis.

Altior, ſubhirſuta. Minus frequens.

36. Plantago lanceolata L.

Folia lanceolata, quinquenervia, longa, anguſta, ſcapus angulatus. Spica brevis, ovata, craſsior.

Grodnenſis communis in paſcuis florens majo.

Plantago lanceolata var. ſpicis plurimis ſcapum terminantibus.

Grodnenſis rarior: junio florens perennis.

37. Plantago tomentoſa.

Vertex radicis & foliorum baſis lanâ copioſa veſtita. Folia trinervia, lanceolata, hirſuta, longitudine ſcapi. Spica oblonga, brevis.

Plantago 132. Linæi fl. ſue: ſat frequens in paſcuis Grodnenſis perennis.

38. Plantago hirſuta.

Folia numeroſa, lanceolata, erecta, denticulata, aſpera pilis rigidis. Petioli hirſutiſsimi. Scapi numeroſi, anguloſi. Spica cylindrica, longa, aut ovata, brevis, baſi lanuginoſa ſquammæ tomentoſæ.

Vid. plantago Gerardi flo. prov. p. 333. fig. 12, Grodnenſis, pratenſis, florens julio Łoſosna.

39. Pſylium ramoſum.

Caulis ramoſus, erectus, ſublignoſus, hirſutus: ramis folioſis divaricatis. Folia integra, linearia, ſpicæ ovatæ, breves pedunculatæ; bracteæ lineares. Squamæ ſpicæ hirſutæ, ſiccæ corollæ luteſcentes.

Plantago Pſylium L. communis, arvenſis. Florens junio, Grodnenſis.

Pſylium ramoſum var. caule herbaceo procumbente.

Pſylium ramoſum var. foliis linearibus dentatis. capitulis foliatis.

Mixtæ cum præcedenti unde provenit plantago cynops linnæi.

V A G Æ.

STAMINA QUATUOR, STILUS UNUS.

Corollæ quadrifidæ.

40. Sanguiſorba major.

Caulis bipedalis, folia pinnata, foliolis cordatis. Spicæ breves, ovatæ, denſæ. Calyx bifolius, Germen intra calycem & corollam. Capſula bilocularis.

Sanguiſorba officinalis L. rara circa Grodnam paſſim prope hortos, florens julio.

P A R A S I T Æ.

Stamina quatuor aut quinque, Stili duo.

41. Cuſcuta major.

Caules funiculiformes ſucculenti circa plantas voluti; radix nulla, nec folia. Flores glomerati, ſeſsiles. Calyx quadrifidus, rubens, ſucculentus. Corolla alba; ſegmentis rubris. Stamina

quatuor. Capſula bilocularis, horiſontaliter dehiſcens.

Cuſcuta Europæa L. ſupra bryoniam communis, Grodnenſis, annua; florens junio.

42. Cuſcuta minor.

Caules tenuiores, filiformes, rubicundi. Squamæ plurimæ, flores pauciores, corolla quinquefida, Stamina quinque, cæterum facies præcedentis. Cuſcuta Epithymum L. Grodnenſis. Supra galeopſidem: florens julio.

STAMINA QUINQUE, STILUS UNUS.

Germina quatuor in fundo calycis.

SEMINA NUDA

Aſperifoliæ.

Corollæ unipetalæ, quinquefidæ, pleræque regulares; germina quatuor in fundo calycis campanulati, quinquefidi. Semina nuda in ampliato calyce contenta. Caules ramoſi, folia alterna, elongata, aquoſa, mucilaginoſa, piloſa aut aſpera. In plerisque flores ſpicati ſpica revoluta.

Corollæ hypocrateriformes.

43. Scorpioides hirſutus.

Caulis hirſutus, ramis filiformibus, pedalis aut palmaris: Folia inferiora ovato lanceolata; ſuperiora lingulata, obtuſa; omnia hirſuta, glauca, apice calloſa. Corollæ parvæ tubuloſæ; limbo plano cæruleo aut albo; fauce ſquamulis convexis, luteis clauſa. Semina glabra.

Scorpioides hirſutus var. nanus.

Caulis vix policaris; folia alba, villoſa non aſpera lanceolata: Spica pauciflora, corollæ faux ſaturate lutæa.

Scorpioides hirſutus var. pedunculis axilaribus unifloris.

Folia hirſuta, ſaturate viridia, majora; caulina aproximata; præter ſpicam paucifloram pedunculi longi, uniflori, axilares. Corollæ majores.

Tres noſtræ, myoſotis Scorpioides arvenſis L. Grodnenſis, arvenſis; florentes Aprili, Majo. Annuæ.

44. Scorpioides glaber.

Caulis major, ſæpe bipedalis. Folia majora, glabra ſucculentiora. Corollæ majores. Radices longæ fibroſæ.

Myoſotis Scorpioides glabra L. perennis communis in aquoſis: Grodnenſis, florens junio, julio.

Scorpioides glaber var. floribus carneis, Grodnenſis rarior.

Corollæ infundibuliformes.

45. Lithoſpermum majus.

Caulis bipedalis, aſper, erectus, ramoſiſsimus. Folia lanceolata. Pedunculi axilares, breves uniflori. Calyx profunde quinquefidus. Corolla albeſcens, parva; fauce nuda, perforata, calycem vix ſuperans. Semina dura, nitida.

Lithoſpermum officinale L. Grodnenſis. Junio florens; perennis, rara.

46. Lithoſpermum minus.

Caulis vix ramoſus, ſemipedalis. Folia præcedentis, minora. Corollæ ſimiles. Semina conica, rugoſa.

Lithoſpermum arvenſe L. communis, Grodnenſis. Florens junio, annua.

47. Bugloſsum aſperum.

Caulis pedalis, aſper. Folia lanceolata, aſperrima. Spicæ axilares, imbricatæ, ſecundæ corollæ

violaceæ, cæruleæ: fauce clauſa ſquamis concavis albis. Semina baſi inſculpta.

Anchuſa officinalis L. Grodnenſis, arvenſis: florens diu, perennis.

Bugloſsum aſperum varietas anguſtifolia.

Habitus præcedentis: differt foliis anguſtioribus, ſubdentatis, ſpicis geminis, caulem terminantibus.

Anchuſa anguſtifolia L. rarior Grodnenſis, florens julio perennis.

48. Cynogloſsum fætens.

Caulis ramoſus, erectus, craſſius, cubitalis. Folia lato lanceolata, mollia, ſericea, fætida, racemi florum axilares. Corolla tubo brevi, limbo purpuraſcente: Fauce clauſa, ſquamis ſubvilloſis. Semina magna echinata, ſtilo permanenti affixa.

Cynogloſsum officinale L. Grodnenſis, communis juxta vias: florens junio, biennis.

Cynogloſsum fætens: var. corollis cæruleis.

Caulis ſemipedalis, tenuior foliis anguſtioribus, mollioribus onuſtus. Pedunculi breviores, unde flores congeſti.

Grodnenſis: rarior, florens julio, annua.

49. Pulmonaria cordatofolia.

Caulis pedalis, hirſutus, ſucculentus. Folia radicalia, palmaria, ovato cordata, aſpera Calyx priſmatico pentagonus. Corolla fauce pervia; ſegmentis purpureis aut rubris.

Pulmonaria officinalis L. communis, Grodnenſis, Sylvatica; florens majo, perennis.

Pulmonaria cordatofolia var. flore albo.

Hæc vix palmaris: folia breviora.

Grodnenſis, rarior, florens junio.

Pulmonaria cordatofolio var. foliis maculatis.

Grodnenſis: rariſsima. Maculæ rariores & minus ſaturatæ quam in Gallia.

50. Pulmonaria anguſtifolia L.

Facies præcedentis: folia anguſtiora, lanceolata. Caulis ſemipedalis, ſiccior. Flores cærulei & purpurei.

Grodnenſis, communis, Sylvatica, perennis: florens majo.

Pulmonaria anguſtifolia var. floribus albis.

Communis, Grodnenſis, Sylvatica.

51. Pulmonaria pauciflora.

Caulis ſimplex, vix palmaris, ſubhirſutus. Folia radicalia uncialia, ovata, acuminata, læte vi-

ridia. Flos unicus terminans: tubus corollæ calice longior. Corolla rubra ſegmentis ſubrotundis.

An varietas cordati folii, Grodnenſis, Sylvatica. Florens Majo.

Corollæ ventricoſæ.

52. Conſolida major.

Caules plurimi, bipedales, baſi rubrâ. Folia longa, ovato lanceolata, decurrentia ſeu petiolo folioſo cauli agglutinato, læte viridia, flores nutantes, penduli; corollæ carneæ, magnæ; limbo tubulato, ventricoſo; fauce clauſa, radiis ſubulatis.

Symphitum officinale L. communis, Grodnenſis, pratenſis: Florens majo. Perennis.

Conſolida major var. foliis latioribus, vix decurrentibus; corollis cæruleis.

Conſolida major var. corollis albis, & luteſcentibus.

Grodnenſes, florentes, julio, Sylveſtres.

Calyces compreſſi.

53. Aſperugo procumbens L.

Caulis ramoſus, proſtratus; angulis aſperis. Folia hirſuta, ovato lanceolata. Pedunculi axila-

res. Corollæ parvæ, cæruleæ: fauce clauſa ſquamis. Calyx ſeminum maximus, compreſſus: Lamellis plano paralellis, ſinuatis.

Communis, arvenſis. Grodnenſis, Florens Majo, annua.

Aſperugo procumbens var. tenerior, caule breviori, vix ramoſo, corollis albis.

Grodnenſis rarior, arvenſis, florens Majo.

Corollæ rotatæ.

54. Lapula echinata.

Caulis erectus, pedalis, ramoſiſsimus. Folia lanceolata, hirſuta. Flores ſeſsiles: corolla ſubrotata; tubo brevi, parva, ſaturate cærulea; fauce, ſquamis quinque lutæis clauſa. Semina echinata: aculeis apice bifidis.

Myoſotis Lapula L. communis, Grodnenſis, arvenſis, annua. Florens a Junio ad Auguſtum.

Lapula echinata var. vix palmaris, flore albo.

Grodnenſis florens julio, ruderalis.

55. Borrago aſpera.

Caulis bipedalis, aſper, foliis tectus. Folia hirſuta, latiſsima, ovata, ſucculenta. Flores nutantes: calyces patentes. Corollæ cæruleæ aut albæ,

planæ: tubo breviſſimo: ſegmentis acutis: fauce radiis conum formantibus clauſa. Semina ſtriata.

Borrago officinalis L. Grodnenſis, in hortis derelictis advena: florens julio, perennis.

Corollæ irregulares.

56. Lycopſis undulatus.

Caulis aſperrimus, pedalis, aut ſemipedalis. Folia lingulata, marginibus plicatis & læviter inciſis, aſpera pilis rigidis baſi bulboſis. Corolla cærulea venis albis, aut rubris picta; tubo curvo gibboſo, inflato; limbo inclinato, ſubirregulari. Semina roſtrata. Calyces ſeminum erecti.

Lycopſis arvenſis L. Grodnenſis, communis, florens Majo, annua.

57. Lycopſis ampuloſus.

Habitus præcedentis; caulis tenujor; bulbi pilorum craſsiores. Folia lanceolata non ſinuata, denticulis raris ornata. Calyx major, corollæ nutantes tubis curvis lutæis; limbis vere irregularibus cæruleo rubeſcentibus.

Accedit ad pullam Linæi communis, Grodnenſis, arvenſis; florens junio, annua.

58. Echium tuberculatum.

Caules erecti, cubitales, hiſpidi pilis bulboſis. Folia anguſta, lanceolata, hirſuta. Spicæ florales numeroſæ, axilares, incurvæ. Flores ſeſſiles, unilaterales. Calycis ſegmenta inæqualia, corolla tubuloſo campanulata; limbo irregulari: fauce nuda ampla, cærulea ſemina roſtrata.

Echium vulgare L. communis arvenſis, diu florens, Grodnenſis, perennis.

Echium tuberculatum var. flore albo.

Hæc ramoſa, corollis minus irregularibus, caule altiore, craſsiore, videtur Echium Halleri 604.

Echium tuberculatum, var. flore carneo.

Echium tuberculatum var. floribus cæruleis, & rubeſcentibus.

Echium tuberculatum var. caule ramoſo.

Provenit ab elongatione ſpicarum, quæ folia ex ſcapis producunt.

Echium tuberculatum var. ramoſa, foliis ovato lanceolatis.

In iſta caulis nullus generalis. Rami tres aut quatuor a radice, palmares. Folia ovato lanceolata. Flores axilares, ſeſsiles in plerisque foliis. Spicæ pauciforæ terminales. Corollæ ſaturate cæruleæ, ſegmenta calycis latiora.

Echium tuberculatum var. uniflora.

Tota planta vix policaris; folia lineari lanceolata. Flos unicus terminans caulem. Corolla rubro violacea duplo minor quam in aliis.

Omnes iſtæ varietates circa Grodnam obſervatæ in arvis.

STAMINA QUATUOR, QUINQUE, SEPTEM. STILUS UNUS.

GERMINA SEMINUM INVOLUTA, CAPSULA, IN FLORE CONTENTA.

Corollæ rotatæ,

STAMINA QUATUOR,

Corolla quadrifida.

59. Centunculus minimus L.

Caulis ramoſus, vix triuncialis. Folia minima, ovato lanceolata, plerumque alterna, inferiora oppoſita. Flores axilares. Calyx quadrifidus: corolla major. Corolla alba, minima. Capſula horiſontaliter dehiſcens.

Grodnenſis in muſcoſis humidis, Łoſosna: annua, florens junio.

STAMINA QUINQUE.

Corollæ quinquefidæ.

60. Anagallis Phænicea.

Caulis ramoſus, procumbens, tener. Folia oppoſita, ovato lanceolata, aquoſa. Pedunculi uniflori, axilares. Calyx quinquefidus. Corollæ tubus breviſsimus, limbus planus ruber, miniatus. Filamenta barbata. Capſula rotunda, horiſontaliter dehiſcens. Semina numeroſa in alveolis placentæ rugoſæ nidulata. Herba amara pedalis. Specimina inveni vix biuncialia.

Anagallis arvenſis L. communis Grodnenſis arvenſis, florens junio. Annua.

61. Numularia repens.

Caulis proſtratus, radiculas emittens. Folia rotunda, integerrima; intermedia majora. Pedunculi uniflori, axilares: corolla lutea, magna. Stamina baſi unita, villoſa. Calycis foliola quinque baſi cordata. Capſula rotunda, acuminata, apice dehiſcens, decem valvis.

62. Lyſimachia paniculata.

Caulis erectus, tripedalis, ramoſus. Folia ſubopposita, lanceolata. Flores racemoſi: racemi

terminales corymboſi. Calyx quinquefidus apicibus miniatis. Corolla crocea. Vagina producens ſtamina.

Lyſimachia vulgaris L. Grodnenſis, communis, Sylvatica: florens julio, perennis.

Lyſimachia paniculata var. foliis ternis.

Lyſimachia paniculata var. foliis quaternis.

Lyſimachia paniculata var. foliis quinis.

In his tria, quatuor, aut quinque folia ad nodos verticillatim diſpoſita.

Lyſimachia paniculata var. foliis ovato lanceolatis.

In omnibus varietatibus folia ſeſsilia aut ſubſeſsilia integerrima aut ſubſinuata. Racemi pauciflori aut multiflori.

Communes Grodnenſes.

63. Lyſimachia thyrsiflora L.

Caulis ſimplex, vix pedalis, baſi circa nodos radiculas producens. Folia oppoſita ſeſsilia, remota, anguſta, lanceolata; pagina inferiore ſubvilloſa, albeſcentia. Racemi axilares foliis breviores, lateraliter naſcentes ex axilis foliorum inferiorum. Corollæ luteſcentes; laciniis anguſtis vix linearibus vixque baſi coalitis; apicibus macula crocea notatis.

Grodnenſis, paludoſa communis Lipſka: florens junio, perennis.

Lyſimachia thyrsiflora var. corollis ſeptem fidis.

Stamina ſeptem, corolla longiora. Foliola calycis ſeptem. Thyrſus in utraque minimus vix pollicari longitudine.

Mixta cum priori. Florens junio.

Corollæ ſex & ſeptemfidæ.

64. Trientalis alſinæflore.

Caulis palmaris, nudus. Folia lanceolata; inferiora minora. Inter folia pedunculi uniflori, pauci: unus aut alter. Calyx foliolis quinque formatus; corolla alba, plana; quaſi ex ſeptem petalis formata, baſi vix unitis. Stamina ſeptem. Capſula rotunda.

Trientalis Europæa L. communis, Sylvatica; Grodnenſis. Florens majo, perennis.

Sequentes inveni varietates: 1. Corolla quinquefida, 2. Sexfida, 3. Octofida cum totidem ſtaminibus, 4. Uniflora, 5. Biflora, 6. Triflora, 7. Caule in medio uno folio ornato. In eodem loco ſegmenta corollæ acuta & obtuſa.

Corollæ tubulatæ.

65. Primula odorata.

Folia radicalia: rugoſa, dentata, hirſuta. Scapus multiflorus, ſemipedalis. involucrum ex foliolis brevibus ad origines pedunculorum. Calyces longi, tubuloſi, ventricoſi, quinque angulares. Corolla lutæa: tubo cylindrico. Capſula cylindrica, apice dehiſcens. Flores ſvaveolentes nutantes.

Primula veris L. communis Grodnenſis, Sylvatica: florens Majo; perennis. Radix ſpargens odorem caryophillorum.

66. Primula inodora.

Habitus præcedentis. Altior, pedalis; folia majora. Flores majores, vix nutantes. Corolla pallens: fauce flava: limbo plano.

Primula elatior L. Grodnenſis, Sylvatica, perennis: florens Aprili, Majo, rarior.

Corollæ tubuloſæ limbo villoſo.

67. Menyanthes tryfoliata L.

Aquatica: folia ternata, longe petiolata, amariſſima. Scapus baſi foliorum involutus. Flores

race-

racemoſi: corollæ albæ: limbo pilis longis criſpis pulchre ornato. Stigma bifidum. Capſula bivalvis.

Communis in paludibus. Grodnenſis, florens a Majo ad Julium, perennis.

Variat foliis ovatis aut lanceolatis, majoribus aut minoribus, æqualibus aut inæqualibus, integerrimis aut ſubſerratis, corollis albis, carneis, rubris, racemo elongato aut contracto.

68. Nymphoides orbiculata.

Aquatica: caulis tenuis. Folia natantia, cordata, integerrima, orbiculata, diametri policis. Pedunculi plurimi, axilares. Corolla magna, lutea, tubo brevi: limbo campanulato: marginibus ciliatis, pilis brevioribus; vix quinquefida. Capſula mollis, compreſsa.

Menyanthes nymphoides L. Grodnenſis. In aquis Sylvæ Bobrowſzczyzna. Florens junio, rara: perennis.

Corollæ hypocrateriformes.

69. Hottonia millefolium.

Aquatica. Caulis erectus, nudus, emerſus. Caulis immerſus, folijs pinnatis numeroſis ornatus:

Pinnulæ vix lineares numeroſiſſimæ, Fragiles. Flores racemoſi: pedunculis verticillatis. Calyx perſiſtens: corolla tubuloſa; limbo plano. Capſula rotunda, ſubpentagona.

Hottonia paluſtris L. communis, Grodnenſis, in Stagno leziory. Florens Majo: perennis.

STAMINA QUATUOR AUT QUINQUE.

Stygmata duo.

GENTIANÆ.

Corollæ monopetalæ, multiformes. Tot ſtamina, quot ſegmenta. Calycis & corollæ in noſtris ſegmenta quatuor aut quinque. Stigmata duo. Capſula elongata bivalvis. Folia ſimplicia, glabra, oppoſita, elongata, amara.

Corollæ campanulatæ;

70. Pneumonanthe anguſtifolia.

Caulis cubitalis, tenuis, vix ramoſus; folia linearia aut anguſto lanceolata; flores axilares, ſolitarii, oppoſiti, pedunculati. Corollæ campanulatæ, elongatæ, policares, ſaturate cæruleæ, quinqueſidæ; tubo punctato. Plicæ inter ſegmenta. Stamina quinque, ſilamentis piſtilum vaginantia.

Gentiana Pneumonanthe L. Grodnenſis sat frequens in Sylvis: Łoſoſna florens Septembri, perennis.

Pneumonanthe anguſti folia var. foliis latioribus, floribus ſeſſilibus.

Sæpe in iiſdem ſpeciminibus folia ſunt linearia & lato Lanceolata; flores inferiores petiolati, ſuperiores ſeſsiles. Mixta cum præcedenti.

Corollæ infundibuliformes.

71. Centaurium umbellatum.

Caulis ſemipedalis, quadratus, alatus. Folia radicalia latiora, obtuſa. Omnia trinervia, luteſcentia. Flores terminales, ſubumbellati. Calyx profunde quinquefidus. Corollæ tubus anguſtus, ſtriatus: limbo purpereo, quinquefido: ſegmentis patulis, obtuſis. Capſula gracilis, cylindrica, quaſi bilocularis.

Gentiana Centaurium L. Grodnensis arvenſis, communis, florens Junio annua.

Centaurium umbellatum var. ramoſiſsimum.

Rami axillares, oppoſiti; caulis pedalis. Folia majora; corollæ carneæ.

Arvensis Grodnensis Florens Septembri, annua.

Centaurium umbellatum var. Floribus albis.

Sat frequens in arvis Florens Auguſto.

Corollæ hypocrateriſormes.

72. Amarella quinquefida.

Habitus centaurei; caulis baſi violaceus. Folia viridi nigreſcentia. Rami axilares folioſi & floriferi. Flores ſpicati. Segmenta calycis tubuloſi inæqualia. Corollæ tubus virideſcens, longus. Limbus planus cæruleus aut rubro violaceus. Fauce ornata membrana laciniata, fimbriata.

Gentiana amarella L. communis Autumo, florens Octobri. Grodnenſis in humidis Sylvis, annua.

73. Amarella quadrifida.

Similis præcedenti, differt caule breviore, ſegmentis calycis quatuor, corollis cæruleis quinquefidis, fimbriis faucis tenuioribus.

Gentiana campeſtris L. citius florens, arvenſis, rarior annua.

Corollæ octofidæ.

74. Cruciata verticillata.

Caulis ſemipedalis. Folia per paria cruciatim diſpoſita quinquenervia, ovato lanceolata, luteſcentia, vaginantia. Flores ſubſeſſiles verticillum axilarem formantes; terminantes, umbellati. Calyx corollæ adhærens, tubuloſus, albe-

ſcens. Corollæ ſegmenta quatuor interjectis quatuor minoribus, biſidis. Corolla ſaturate cærulea.

Gentiana cruciata L. communis, Grodnenſis; florens Auguſto: Sylvatica, perennis.

STAMINA QUINQUE. STILUS UNUS.

Luridæ.

Tot ſtamina, quot ſegmenta corollæ, & calycis: plerumque Quinque in noſtris. Corolla unipetala, plerumque limbo regularis. Folia sæpius alterna patula. Fructus semina includens plurima, ſiccus aut mollis. Pleræque fætidæ, triſtes: plurimæ venenatæ aut ſaltem narcoticæ.

Corollæ regulares rotatæ, antheræ coalitæ.

Solana L.

75. Dulcamara Lignosa.

Caulis basi fruteſcens, volubilis parte ſuprema herbacea. Folia inferiora cordato lanceolata ſuperiora hastata. Flores racemoſi axilares. Corollæ cæruleæ. Antheræ ſagittatæ, fructus: bacca rubra.

Solanum dulcamara L. Sylvatica, Grodnenſis frequens, florens Junio, perennis.

Dulcamara lignoſa var. floribus albis.

Rarior, Sylvatica, Grodnensis Łosoſna, florens Julio.

Dulcamara Lignoſa var. Foliis omnibus haſtatis. In iſta folia omnia exhibebant basi auriculas duas inæquales.

Grodnensis rara in Sylva Grandzicze.

76. Solanum nigrum.

Caulis ramoſus, herbaceus, inermis, pedalis. Folia mollia ovata, dentato angulata. Florum racemi ſubumbellati, nutantes. Corollæ albeſcentes. bacca nigra.

77. Solanum rubrum.

Caulis vix palmaris. Folia ovata, vix dentata, tincta cæruleſcente colore. Corollæ albo cæruleæ: baccæ rubræ.

78. Solanum luteum.

Tota planta hirſuta, folia piloſa, laciniata. Corollæ albo luteſcentes. Baccæ luteæ.

Solanum nigrum Linnæi complectitur tria noſtra, quæ in hortis frequentia annua. in cultis hortis florentia Junio, Julio, Auguſto, Grodnenſia.

89. Solanum tuberoſum L.

Radices tubera plurima farinacea producentes.

Caulis ramoſus, bipedalis. Folia pinnata ſubhirſuta: foliola majora, et minora impari majore. Flores racemosi: corollæ magnæ cæruleo purpuraſcentes. Bacca avelanæ magnitudinis atro rubens.

Planta Peruviana perennis, in arvis Litvanicis culta Florens Auguſto.

Corollæ regulares infundibuliformes.

80. Tabacum ovatofolio.

Caulis pedalis. Folia ovata, integerrima, petiolata, glutinoſa, acria, fœtida. Flores numeroſi, ſubracemoſi. Calyx campanulato tubuloſus. Corolla luteſcens tubo brevi. Capſula rotunda, bivalvis bilocularis: ſemina minima numeroſa.

Nicotiana ruſtica L. Grodnenſis paſsim in arvis non ſeminata; florens Auguſto, annua.

81. Stramonium ſpinoſum.

Caulis tripedalis, ramoſus; ramis oppoſitis, diffuſis. Folia ovata, glabra, anguloſa, fœtida. Calyx tubuloſus, anguloſus, caducus. Corolla maxima, alba plicata; tubo longo: limbo patente, quinque dentato. Capſula bilocularis,

quadrivalvis, erecta ovata, nuce major, echinata. Semina nigra reniformia numeroſiſsima.

Datura Stramonium L. communis inter rudera Grodnæ diu florens, annua.

Corollæ rotatæ limbo irregulari.

VERBASCA.

Caules erecti, villoſi, medulloſi. Folia mollia, villoſa. Flores denſe ſpicati, numeroſiſſimi. Calyx campaniformis quinquefidus; laciniis inæqualibus, Tubus breviſſimus corollæ perpendicularis, cujus ſegmenta inæqualia, ſubrotunda; duo ſuperiora breviora; inferiora tria majora: intermedio longiore. Stamina inæqualia filamenta plærumque barbata, curva. Capſula ovato conica, bilocularis, bivalvis: ſemina minima numeroſa.

82. Verbaſcum lanatum.

Caulis quadripedalis. Folia inferiora magna ſemipedalia, ovata, crenata: caulina decurrentia tomento denſo onuſta, inde albeſcentia. Spica ſimplex, pedalis, craſſa. Flores denſi, pallide lutæi. Filamentorum barba albida antheræ miniatæ.

Verbaſcum thapſus L. Grodnenſis juxta vias frequens florens Auguſto, perennis.

Verbaſcum lanatum var. ſpica ramoſa.
In iſto folia breviora. Spica ramos plurimos floridos producens. Corollæ luteæ, magnæ, filamenta purpurea.

Sat frequens in arvis: Grodnenſis.

83. Verbaſcum parvo flore.

Caulis cubitalis, tenuis, ramoſus. Folia inferiora petiolata ovato lanceolata, minora ſuperne villosa aut glabra inferne ſubtomentoſa; caulina vix petiolata, non decurrentia; ſuperiora ſeſſilia. Flores ſpicati racemoſi: racemis plurimis ex ſpica. Flores parvi albi aut luteſcentes. Filamenta barbata.
Verbaſcum Lychnitis L. rarior, juxta Niemen fluvium: Florens julio, annua.

84. Verbaſcum nigrum L.

Caulis bipedalis. Folia inferiora petiolata, majora quam in præcedenti, cordato lanceolata, ſuperne viridi nigreſcentia, inferné vix tomentoſa: ſuperiora ſeſſilia, ovato lanceolata. Corollæ flavæ medio circulo purpureo: barbulis filamentorum purpureis.
Communis in arvis, Grodnenſis, florens Auguſto, perennis.

Verbaſcum nigrum var. caule ramosiſſimo, ſpicis ramoſis, foliis palmaribus. Sic in terris pinguioribus prope Grodnam.

Corollæ campaniformes, limbo irregulari.

85. Hyoſcyamus niger L.

Herba villoſa, unguinoſa, fœtida. Caulis cubitalis, ramoſus. Folia molliſſima, elongata, pinnatiſida, amplexi-caulia. Flores terminantes congeſti. Calyces campanulati. Corollæ magnæ, luteſcentes, venis nigris pictæ. Stamina inæqualia inclinata; capſula operculo tecta per maturitatem deſiliente.

Communis Grodnenſis inter rudera diù florens. Annua.

Corollæ conicæ, plicatæ, volubiles.

Plantæ lacteſcentes, acres, purgantes. Caulis tenuis circa alias plantas volutus, folia alterna ſagittata, pedunculi uniflori foliolis oppoſitis ornati. Flores è regione oppoſita foliorum nati; calyces quinquefolii. Corollæ tubo continuo ampliato formatæ, campaniformes in quinque angulis plicatæ, breviſſimis ſegmentis quinqueſidæ. Capſula piriformis, trilocularis.

86. Convolvulus major.

Caulis ſexpedalis. Folia magna, quaſi cordata, haſtæ hamis truncatis anguloſis. Foliola pedunculum terminantia maxima, cordata, calycem tegentia. Corolla alba, maxima, tripolicaris.

Convolvulus ſæpium L. communis, Grodnenſis, florens julio in ſylvis.

87. Convolvulus minor.

Caulis bipedalis, tenuior, plerumque ſimplex, folia remota, poſtice acuminata; foliola pedunculorum a calyce remota, minima. Corolla alba, parva, vix policaris.

Convolvulus arvenſis L. communis in arvis, Grodnenſis, diù florens a Junio ad Auguſtum, perennis.

Varietates ſequentes vidimus circa Grodnam: 1. Caule ramoſo, 2. Foliis apice obtuſis, 3. Baſi vix ſagitatis, 4. Corolla roſea, 5. Corolla purpurea.

Stamina quinque, Stili duo.

COROLLÆ CONTORTÆ.

Hujus claſsis naturalis unam tantum nobis natura dedit ſpeciem.

88. Aſclepias alba.

Caulis lignosus, erectus, bipedalis, non ramoſus. Folia cordato ovata, accuminata, dura. Flores racemoſi axilares, ſub umbellati, terminantes. Calyx minimus; corollæ parvæ, albæ, rotatæ, ſegmentis acutis; faux clausa quinque fruſtulis irregularibus, ſtamina comprimentibus. Fructus: vaginæ duæ, erectæ, anguſtæ, longæ, Semina numeroſa pappo coronata lateraliter aperte emittentes.

Asclepias vincetoxicum L. communis, Sylvatica, diu florens, a Junio ad Auguſtum, perennis. Radix aromatica, acris.

Asclepias alba var. Foliis inferioribus rotundis, omnibus villoſis, Grodnensis, Sylvatica frequens.

Obs: Vincam minorem omitto, quam tamen inveni in hortis derelictis utpoté nec florentem, nec ſemina dantem in Litvania, Stolonibus propagatur.

Stamina quinque.

COROLLÆ SUPERÆ, GERMINA INFERA.

Campanaceæ.

89. Polemonium Valerianæfolio.

Caulis tripedalis, ramoſus. Folia pinnata: foliolis ovato lanceolatis, integerrimis, per paria decena, extremo impari. Flores racemoſi, glomerati terminantes. Calyx campaniformis. Corolla campanulato rotata, ſaturate cærulea; baſes ſilamentorum latæ, fundum corollæ claudentes; inde germen inferum: capſula trilocularis, ſupera.

Polemonium cæruleum L. communis in Sylvis Grodnensis, diu florens a Junio perennis.

Polemonium valerianæfolio var. Caule simplici, paucifloro.

Præcedenti in omnibus partibus minor, racemo ſimplici, paucifloro, terminante, foliis valde remotis, unde facies propria videtur; ſoboles primi anni Grodnenſis.

Polemonium valerianæfolio var. Floribus albis.

Iſta ramoſiſsima, caule craſsiore, foliolorum paribus numeroſioribus ad ſedecim. Corollis in uno ſpecimine omnibus albis, in alio albis, & cæruleis, in variis ramis.

Progenies terræ vegetabilis pinguis. Łoſoſna in depreſſis locis, Grodnenſis. Omnes variant foliolo impari, biſido, triſido, quinqueſido.

CAMPANULÆ.

Lacteſcentes. Radices juniores mucum nutritivum copioſe exhibentes, paſsim cum reſinoſo acri mixtum. Folia ſimplicia calyces ex quinque foliolis Germina coronantibus. Corollæ campanulatæ,ante evolutionem quinque vicibus plicatæ, quinque fidæ raro ad mediam partem longitudinis campanæ. Staminum filamenta inferius plana. Stigmata tria ante evolutionem corollæ coalita, poſt disjuncta revoluta. Capſulæ plerumque triloculares squamis baſi ſicut valvulæ, elevatis, Semina fundentes.

Folia caulina linearia radicalia lata.
FLORES LONGE PEDUNCULATI.

90. Campanula rotunda var. Hederulæ-folio.

Caulis ſimplex, palmaris, folia inferiora petiolata quinque loba; Intermedia lineari lanceolata, dentata; ſuperiora linearia. Flos unicus terminans caulem; corolla ſemiuncialis, cærulea.

Campanula rotunda var. Reniformifolio.

Differt folijs inferioribus basi excavatis, latioribus quam longis, crenatis; intermediis ovato lanceolatis, ſerratis; in medio caule lanceolatis, ſerratis; supremis linearibus. Floribus paucis 4. aut 5. pedunculis axilaribus.

Campanula rotunda var. ovato folio.

Pedalis diflert foliis radicalibus ovatis, crenato dentatis.

91. Campanula linifolia var. foliis radicalibus reniformibus.

Differt caule pedali, ramoſo, cæruleſcente: foliis caulinis, confertis, linearibus integris, ſublanceolatis; radicalibus reniformibus crenatis, diametri octo-linearum. Pedunculis bifloris, trifloris; floribus majoribus, variat flore albo.

Campanula linifolia var. Foliis radicalibus ovato lanceolatis.

Differt foliis policari longitudine; baſi producta in petiolo, inferius dentato ſerratis, a medio ad acumen integerrimis; floribus minoribus violaceis, ſub racemoſis, racemis quinquefloris numeroſis.

Vix omnes poſsunt referri ad rotundifoliam Linæi.

Grodnenſes in Sylvis, communes, diù florentes, a Junio ad Octobrem, perennes.

92. Campanula patula L.

Caulis bipedalis, ſuperius ramoſus; ramis patulis a centro remotis. Folia radicalia ovalia lanceolata, late petiolata; caulina ſeſsilia ovalia lanceolata, remota; omnia glabra, luteſcentia. Pedunculi pauciflori: calyces glanduloſi. Corollæ mediocres cæruleæ.

Grodnenſis communis in Sylvis, florens Junio biennis.

Campanula patula var. flore albo.

Campanula patula var. flore purpuraſcente.

Campanula patula var. foliis caulinis inferioribus ovalibus crenatis aut ſerratis decurrentibus.

Campanula patula var. caule ſimplici, ſulcato. Pedunculis unifloris, floribus paniculatis, patulis.

Campanula patula var. caule ſimplici, pedunculis trifloris, foliis pulchre lilaceis.

Cum primaria Sylveſtres florentes Junio.

93. Campanula coarctata.

Facies præcedentis; caules plurimi, anguloſi, ſcabri cubitales, ſimplices. Folia radicalia ſpatulata;

lata; caulina latiora quam in præcedenti quaſi lingulata, ſaturate viridia, glabra, undulata. Racemi florales, plurimi axilares, coarctati. Corollæ minores, numeroſiores.

Videtur var. rapunculi L. Grodnenſis, florens Junio, iu Sylvis prope Niemen.

94. Campanula parſicifolia L.

Caulis tripedalis, ſimplex. Folia radicalia obovata: caulina lanceolata linearia, ſeſſilia, remota, ſubserrata, longiſſima, ſaltem quinque policum. Pedunculi axilares, uniflori, longi. Calyces glabri. Corolla brevis, late campaniformis, magna, ſaturate cærulea.

Communis in Sylvis Grodnenſis, florens Junio, perennis.

Campanula perſicifolia var. Folijs radicalibus lanceolatis, duplo longioribus; pedunculis brevioribus, floribus minoribus, longam ſpicam formantibus.

Campannla perſicifolia var. Caule unifloro, foliis integerrimis, rubeſcentibus.

Campanula perſicifolia var. maxima, latifolia.

In iſta caules quatuor pedales; folia inferiora magnitudine & forma folia amygdali referentia; caulina longitudine palmari, octo linearum

lata. Pedunculi paſsim tres ex una axila. Corollæ majores ſaturate cæruleæ.

Communes in Sylvis Grodnenſes, florentes Julio ultima Septembri.

95. Campanula ſpecioſa.

Facies præcedentium; ſed flores majores; pedunculi triflori, gradatim aſcendendo paniculum ſplendidum formant. Calyces hirſuti, pilis compoſitis rigidis albiſsimis. Folia duriora, ſubaſpera.

An ad huc varietas perſicifolii; crederem paſſim enim video in iſta calyces hirſutos.

96. Campanula Suaveolens.

Caulis ſimplex, quinque pedalis. Folia inferiora petiolata, ovata: caulina inferiora brevi petiolata, lanceolata, dentato ſerrata: Superiora anguſtiora, acute ſerrata: floralia integerrima: Intermedia longitudine quatuor, policum latitudine unius: omnia glabra. Flores paniculati, paniculo pedali. Ramuli florales octo, ſex, quatuor flori. Flores parvi, nutantes. Corollæ campanulatæ, elongatæ, albæ, suaveolentes.

Grodnenſis in Sylva Grandzicze: Florens Auguſto, perennis; radix dulcis lateſcens.

Campanula suaveolens var. Flore cæruleo.

Differt foliorum ſerratulis inæqualibus, majoribus ſubvilloſis; racemis floralibus uni et biflo. ris: pedunculis longioribus: floribus cæruleis paulo minoribus: paniculo anguſtiori.

Cum præcedenti eodem die florens perennis utraque videtur liliifolia Linnæi.

Foliis rigidis floribus axilaribus pedunculatis.

97. Campanula rigida.

Caulis vix pedalis. Folia radicalia petiolata, cordata, parva, dentata; caulina ovato lanceolata, dentato ſerrata: ſuperiora anguſta: Omnia dura ſubhirſuta, cinereſcentia. Rami floriferi ex axilis inferiorum, aut nulli. Pedunculi uniflori, breves: flores ſecundi. Corollæ mediocres.

Grodnensis, Sylvatica juxta Niemen, florens Junio vid. rhomboidalis Linnæi.

98. Campanula latifolia.

Caulis bi aut tripedalis, glaber, ſimplex. Folia inferiora magna, latiora, ovato lanceolata, acute ſerrata, breviter petiolata, hirſuta; ſuperiora anguſtiora, lanceolata. Pedunculi axilares, brevi, uniflori, aut biflori: calyces glabri: ſegmentis latis. Corollæ ex majoribus ceruleæ: fructus cernui.

Campanula latiſolia L. Grodnenſis, frequens in Sylvis Grandzicze; florens Junio perennis.

99. Campanula urticæfolio.

Caulis hirtus, bipedalis. Folia longe petiolata, cordato lanceolata, hirſuta dentato ſerrata, pedunculi axilares, pauciflori, plerumque triflori. Calycis ſegmenta lata: ciliata, corolla magna, piloſa.

Campanula trachelium L. Grodnenſis, communis in Sylvis, diu florens a Junio ad ſeptembrem, perennis.

Campanula urticæfolia var. Foliis ovato lanceolatis, profunde dentatis; calycibus vix ciliatis. Pedunculis unifloris, biflo is & quinquefloris.

Campanula urticæfolia var. Caule erecto, ramoſiſsimo. foliis ovato lanceolatis, vix petiolatis; floribus inferioribus racemoſis, ſuperioribus axilaribus; pedunculis unifloris, bi aut trifloris. Accedit ad Bononienſem.

Campanula urticæfolia var. Caule violaceo, vix piloſo. Foliis breviter petiolatis, ovato lanceolatis, maximis, profunde dentatis; pedunculis racemosis, quadrifloris.

Campanula urticæfolia var. caule ramoſo, ramis dichotomis; pedunculis unifloris; Floribus ſe-

cundis; foliis Floralibus longiſsimis; calycibus onuſtis, pilis ramoſis, albiſsimis, denſis.

Hæ varietates & aliæ omiſſæ communes in Sylvis prope Grodnam; forte inter iſtas latent nonnullæ vere ſpecies ulteriori examine ſcrutandæ.

100. Campanula betonicæ folio.

Caulis rotundus, hirſutus, ſimplex, pedalis. Folia rara; quatuor remota, longe petiolata; inferiora linguiformia, baſi ſubcordata; ſuperiora ovato lanceolata, omnia crenulata, hirta, cinereſcentia. Flores pauci, duo axilares, terminantes. Calyx hirſutus; corolla cærulea mediæ magnitudinis.

Grodnenſis Sylvatica florens Auguſto.

101. Campanula filiformis.

Caulis ſimplex, filiformis, tenuiſsimus, debilis, villoſus. Folia Radicalia: longiſsimo petiolo donata, reniformia, crenata, figura, & magnitudine hederæ terreſtris; caulina petiolata, ovato lanceolata, crenato ſerrata; floralia lanceolata: omnia ſubhirſuta. Pedunculi axilares, uniflori, breviſsimi. Calyces vix hirſuti. Corollæ parvæ, cæruleæ: flores erecti.

Campanula filiformis var. uniflora.
In iſta; corolla duplo major, folia radicalia ovata. Simul florebant Octobri Loſoſna.

Campanulæ floribus glomeratis.

102. Campanula pyramidalis.

Caulis quatuor, & quinque pedalis, ſimplex, rotundus, hirſutus. Folia inferiora magna, petiolata, cordato ovata, crenata; margine cartilagineo; intermedia brevi folioſo petiolo donata, ovata acuminata; ſuperiora ſeſsilia; omnia ſubhirſuta: flores raçemoſi; racemi breves, octo ſexflori; alterni, aproximati, erecti, inde paniculus coarctatus fere bipedalis. Calyces glabri: corollæ campanulaceæ anguſtæ, mediocres, violaceæ, aut cæruleæ.

Grodnenſis in Sylva Wulmeri, et alibi, florens Auguſto. Mihi videtur Mater Pyramidalis Linnæi, culta in horto amiſit hirſutiem, majoresque flores exhibuit.

Campanulæ foliis aſperis floribus glomeratis ſeſsilibus.

103. Campanula glomerata. L.

Caulis ſimplex, aſper, pedalis. Folia radicalia petiolata, lingulata, obtuſa; caulina amplexicau-

lia; floralia concava; omnia minute ſerrata, hirſuta, ſicca, aſpera. Flores plurimi, ſeſsiles, axilares; glomerulus terminans major. Corollæ parvæ, villoſæ.

Communis in arvis et paſcuis, Grodnenſis, florens Junio perennis.

Campanula glomerata var. Nana.

Vix caulis quadriuncialis, rubeſcens: petioli foliis duplo longiores, rubri. Folia cordato ovata, acuminata, crenata. Corollæ ceruleæ majores.

Grodnenſis Florens Majo in paſcuis.

Campanula glomerata var. Autumnalis.

Caulis pedalis. Folia ovato lanceolata, raris dentibus breviſsimis ornata, baſi in petiolo prolongata. Flores tres, aut quatuor in axilis omnium foliorum amplexicaulium. Corollæ ſaturate cæruleæ violaceæ.

Grodnenſis florens Octobri in Sylvis.

Campanula glomerata var. Floribus albis.

Campanula glomerata var. Caule ramoſo.

Campanula glomerata var. Caule bifurcato; foliis amplexicaulibus, ſuboppoſitis: flore uno in axilis foliorum inferiorum.

Campanula glomerata var. Paniculata.

Caulis ramoſiſsimus; tredecim rami gradatim aſcendentes. Flores nulli in axilis foliorum. Glo-

meruli multiflori terminant omnes ramos, medio caulino majori. Florebant in Sylvis ſupra Niemen Julio.

104. Campanula Echiifolio.

Caulis bipedalis, ſimplex, hirſutus. Folia inferiora lanceolata, anguſta, longa ſexpolicum, hiſpida, albeſcentia, crenulata; folia inter media, ſeſsilia; ſuperiora latiora, concava. Glomeruli florum, in axilis duorum foliorum, infra glomerum majorem terminantem. Corollæ minores quam in glomeratis, cæruleæ pentagonæ.

Campanula cervicaria L. communis in Sylvis Grodnenſis Łoſosna, florens junio perennis.

Campanula Echiifolio var. Foliis anguſtioribus, integerrimis, caule rubente.

Campanula Echiifolio var. glomerulo florum terminali, elongato; corollis albis; marginibus foliorum undulatis; crenulis maximis remotis.

Campanula Echiifolio var. glomerulo florum terminali, complanato, umbellato maximo: Corollis niveis. In iſta Flores, nulli ex axilis foliorum concavorum, quorum loco folia erumpunt.

Campanula Echiifolio. var. multiplicata.

In iſta. Caulis quatuorpedalis. Folia caulina ovato lanceolata, longa integra. Foliorum axilæ

Foliferæ & floriferæ. Glomeruli florum tam multiplicati ut ſpicam pedalem exhibeant.

Campanula Echiifolio var. Thyrſoidea.

Caulis ſimplex, pedalis, caſtaneus, raris pilis hiſpidus; folia anguſtiora, tomentoſa vix crenata, numeroſiora. Fasciculus Florum quatuor policum longus, craſsiſsimus; in numero (centum & ultra Flores exhibens) terminat caulem. Corollæ ſaturate cæruleæ.

Crederem filiam Thyrſoideæ Linnæi.

Omnes præcedentes varietates in Sylvis prope Grodnam obſervatæ.

Campanulæ floribus numeroſis, in calyce communi contentis.

105. Jaſione ſcabioſæ capitulo.

Caulis ramoſus, pedalis, ſubaſperus. Folia linearia, obtuſa, villoſa. Rami magna parte nudi, capitulo plano florido terminati. Calyx communis decem foliolis dentatis formatus, includit plures Flores, brevi pedicello inſtructos. Calix proprius minimus. Corollæ exiguæ, cæruleæ, petala quinque, anguſta baſi cohærentia. antheræ, baſi coalitæ. Capſula infera, bilocularis.

Jaſione montana L. communis in arvis Grodnenſis, diu florens a Junio, ad Auguſtum annua. Numerus dentium foliolorum calycis communis, & foliolorum ipſorum, diverſus in variis ſpeciminibus. Folia modo ſerrata, modo undulata, obtuſa aut acuta; calycis proprii dentes quinque aut ſex; petala etiam ſex video. Sequentes varietates conſtantiores ſunt.

Jaſione ſcabioſæ capitulo. var. nana.

Vix palmaris, caule ſimplici; foliis magis hirſutis. Stamina pleraque libera.

Jaſione ſcabiosæ capitulo var. Ramis ſubdiviſis. In iſta caulis bipedalis, ramoſiſsimus glaberrimus; rami plurimos ramos floriferos producentes. Folia etiam glabra, integerrima; inferiora ſpatulata. Flores ſaturate cærulei.

Jaſione ſcabioſæ capitulo var. Floribus albis. Caules ex radice quinque, ſimplices, quatuor brevioribus curvis, hirſuti pedales. Folia villoſa, albeſcentia, latiora. Corollæ albæ: foliola calycis communis villoſa, alba.

Conſtans a quatuor annis, obſervata: florens Junio in Sylvis juxta Niemen.

106. Jaſione umbellata.

Caulis ſemipedalis, rubeſcens. Folia ſinuata; calycis communis foliola rubeſcentia, latiora, o-

vata, ſaltem viginti. Centum, ſaltem pedunculi, inæquales longitudine unius policis & dimidii, ex communi calyce orti formant umbellam concavam. Petala violaceo nigreſcentia. Calyx proprius coloratus purpuraſcens.

Grodnenſis prope Sylvam Wulmeri: florens Julio. An ſimplex varietas?

Campanaceæ corollis irregularibus.

107. Rapunculus spicatus.

Caulis bipedalis, ſimplex. Folia radicalia longe petiolata, cordata; Caulina ſeſsilia, anguſta. Flores denſi, ſpicati: spica longa, cylindrica. Corolla ante explicationem cornuta: petala quinque vix baſi coalita luteſcentia. Capſula infera, bilocularis.

Phiteuma spicata L. communis in Sylvis Grodnenſis florens Julio.

Rapunculus spicatus var. flore albo.

108. Phyteuma orbicularis L.

Caulis pedalis, ſimplex: Flores capitati, terminantes. Folia radicalia cordata, ſed longiora quam in præcedenti, ſerrata: caulina amplexicaulia, acutiora. Spica Florum primo hemiſphærica, deinde ovalis. Corollæ ſaturate cyanneæ.

Rara in Litvania, inventa in Sylva Bobrowſzczyzna: florebat junio perennis.

Campanulis affinis. Corolla hypocrateriformis.

109. Samolus beccabungæ facie.

Caulis cubitalis, erectus, ſuperne ramoſus: ramis Floriferis, Floribus albis, racemoſis. Folia beccabungæ, glaberrima, petiolata, ovata, obtuſa. Calix campaniformis; corolla tubo brevi; ſegmentis quinque planis, ſubemarginatis. Stamina munita quinque squamulis corollæ. Fructus mobili hemiſphærio coronatus; inferus, unilocularis, quinquevalvis. Semina numeroſa, placentæ tuberculoſæ adhærentia.

Samolus valerandi L. Grodnenſis in pratis humidis circa ſtagnum Jeziory.

ANTHERÆ QUINQUE COALITÆ IN UNO FLORE.

GERMEN INFERUM CUM STILO TRIFIDO IN ALTERO FLORE.

110. Bryonia nigra.

Radix maxima, acris. Caulis decempedalis, tenuis, ſulcatus, angulis ſubſpinoſis, ramoſus. Folia aſpera, lobata: lobis quinque, acuminatis, dentatis; inter medio majori, bidentato: la-

teralibus bifidis. Pedunculi multiflori. Cirhi ſpirales, laterales. Calyx campanulatus; corolla quinquefida, calyci adnata, albo videſcens, parva: antheræ quinque, tribus filamentis adhærentes in flore maſculo. Poſt floreſcentiam fœminei, bacca nigra acini magnitudine.

Bryonia alba L. communis in Sylvis & ſæpibus Grodnenſis, Florens Auguſto perennis. In noſtris certe Flores maſculi & fœminei in eadem planta.

STAMINA OCTO DECEM, STILI QUATUOR.

III. Moſchatelina fumariæfolio.

Caulis ſimplex, vix palmaris. Folia glauca, tenera; radicalia duo aut tria; omnia terna: foliola multifida; lobis rotundatis; caulina duo aut tria, remota a fructificatione, oppoſita aut verticilata. Flores minimi quinque terminantes caulem. Quatuor cubum formant, impari ſuper impoſito. In impari ſtamina octo, in aliis decem. In quinta corolla quadrifida in aliis quinquefida; Corollæ virides. Calyx bifolius aut trifolius inferus: bacca quadri aut quinque locularis calyce coalita.

Adoxa Moschatelina L. communis Grodnenſis in umbroſis humidis: Łoſosnæ Florens Aprili perennis.

Sequentes inveni varietates: 1. Septem & octo Flores in capitulo. 2. Stamina undecim & duodecim in floribus lateralibus. 3. Foliis radicalibus nullis. 4. Caulinis nullis. 5. Caulibus quatuor ex una radice. Plura ſpecimina collecta Moschi lenem ſpargunt odorem.

STAMINA DECEM, STILI QUINQUE.

112. Oxys alba.

Folia radicalia petiolata, ternata: foliolis obverſe cordatis, ſæpe plicatis, nutantibus, grate acidis. Pedunculi radicales, uniflori. Calyx campanulatus, viridi albeſcens. Petala quinque, alba, ſupra ungues coalita, baſi unguium libera & lutea. Capſula angulis dehiſcens, pentagona.

Oxalis Acetoſella L. Grodnenſis in humidis Sylvarum lucis. Communis: Florens Aprili, Majo, perennis.

STAMINA NUMEROSA FILAMENTIS COALITA STILUM VAGINANTIA.

Malvaceæ.

Paucæ ſunt vere indigenæ in Litvania. Plurimæ exoticæ ſub dio coluntur in omnibus hortis, Corolla tam profunde diviſa ut pentepetala videatur, ſed cum ſegmenta inferne tali modo coaleſcunt ut corolla integra decidat, rigoroſe dici poteſt unipetala; petalorum ungues inflexi vaginam formant columnarem, quæ ſuperius producit ſtamina libera. Fructus in noſtris multilocularis: cæterum non tantum conveniunt fructificatione, ſed in plerisque folia habitus, exhibent attributa communia omnes ſunt nutritivæ, emollientes.

113. Malva proſtrata L.

Caulis cubitalis, ramoſus, proſtratus. Folia reniformia fere orbiculata: quinque lobis vix notatis. Pedunculi uniflori. Corollæ parvæ, albæ: rubellis venis pictæ. Calyx duplex: exterior trifolius; interior campanulatus, quinqueſidus. Capſulæ reniformes 12. ad 14. orbiculum formantes in disco compreſſum.

Malva rotundi folia L. Grodnenſis communis juxta vias florens Julio, perennis. Variat floribus cæruleis & albis, foliis ſeptem lobis. Paſsim video nanum vix palmarem foliis rotundis, diametri quatuor linearum.

114. Malva erecta.

Caulis erectus, tripedalis. Folia quinque lobata, magna. Lobis triangularibus, acutis. Pedunculi plurimi, axilares, uniflori: Flores congeſti; calyces villosi. Corolla albo purpurea. Segmentis oblique inciſis, ad raſis. Capſulæ decem ad quindecim.

Malva Sylveſtris L. communis juxta vias Grodnenſis, perennis: Florens junio. Invenio paſſim foliola quatuor calycis externi, pedunculos nulli Floros; folia ſæpe ſeptem loba, corollas cæruleas, & albas.

115. Malva Breviflora.

Habitus præcedentis: Folia ſeptem loba, majora. Lobis criſpis crenatis, triangularibus. Flores axilares aggregati, plurimi, fere ſeſsiles; alii longe pedunculati. pedunculi & calyces hirſuti. Calyx exterior trifolius, interior magnus. Corolla

rolla parva vix calyce longior, albeſcens. Fructus magnus capſulis irregularibus anguloſis. Communis in arvis cultis circa Grodnam: florens Auguſto. Crederem ſimplicem varietatem malvæ erectæ ſic enim in proſtrata ſæpe inveni corollas calyce breviores. Eſt malva criſpa Linnæi, videtur advena.

116. Alcea palmata.

Caulis erectus, quatuor pedalis. Folia ſcabra, fere digitata, trilobata; lobis lateralibus bipartitis; intermedio tripartito: quinque lobo dentato. Flores ſubumbellati terminantes. Corollæ magnæ, emarginatæ, acuté inciſæ, carneæ: capſulæ nigræ.

Malva alcea L. communis in Sylvis, Grodnenſis, Florens Julio: perennis. Variat foliis ſuperioribus vere digitatis, foliolo intermedio palmato, quinque lobo, in aliis foliola palmata foliolis fere integris, foliolorum dentes varii quoad numerum & magnitudinem. Sæpe video pedunculos unifloros, axilares; plerumque calyx exterior quadrifolius, paſsim corolla ſexpetala exhibet laciniata.

117. Alcea pinnatifida.

Habitus præcedentis: folia aſperiora, inferiora ambitu rotundato, quinque lobata lobis brevibus: caulina triobata, lateralibus lobis bipartitis, minute diviſis ſeu pinnatis. Corollæ carneæ, ſuaveolentes. Capſulæ hiſpidæ.

Malva moſchata L. Grodnenſis in Sylvis, frequens: Florens Julio, annua.

FINIS

PRIMÆ COLLECTIONIS.

Lietuvos TSR Centr. Biblioteka Mokslų Akademija